92

Joli volume.

581.

DJ1

CENTVM FABVLAE EX ANTIQVIS

Scriptoribus acceptæ,

Et Græcis, Latinisq; Tetrastichis Senarijs explicatæ à

FABIO PAVLINO VTINENSI.

Gabriæ Græci fabulæ *Musæi Leander, & Hero* *Galeomyomachia Incerti* *Sybillæ Vaticinium de Iudicio Christi* *Batrachomyomachia Homeri*	Ab eodem latinis versibus è græco conuersa.

VENETIIS, MDLXXXVII.

Apud Hæredes Francisci Ziletti.

ILLVSTRISSIMIS

PATAVINAE ACADEMIAE III. VIRIS

ALOYSIO GEORGIO, IOANNI MICHAELIO EQ. ET D. M. PROC. LAVRENTIO PRIOLO EQVITI.

SEMPER ex quo primum cœpi sapere, & ex doctiss. hominum sermonibus, atque veterum scriptis, & ex meo ipse sensu iudicaui, dedito doctrinis homini cum latinis omnino ita esse græca iungenda, vt velut Asteropæus, qui pugnat vtraque manu apud Homerum, par sit in vtriusq; orationis facultate, & ab ineunte adolescentia hoc egi, vt in vtriusque linguæ exercitatione continerer, multaq; scripsi etiam græce, autores enim mihi erant

 grauissimi

grauissimi Viri, qui dicerent non posse lin guam aliquam accurate ab eo intelligi, qui non multum quoq; scriptitasset, cum enim sit literaturæ germana memoria, tanquam in cera literæ, ita animo hærent vocabula impressa scriptione. Inter multas vero adolescentiæ meæ in versibus excrcitationes vtraq; lingua, deprehensus olim in itinere sine libris, quòd recordabar Socratem fecisse (vt est apud Platonem) in custodia, vt Aesopi fabulas uersibus explicaret, feci, & centum fabellas ex antiquis scriptoribus, ipsoq; potiss. Aesopo acceptas, græcis, latinisq; uersiculis, quambreuissime, & quamplanissime com plexus sum, ea ratione, vt quantum ipsa versus natura, & linguarum ratio pateretur verba uerbis quasi appensa respon derent. Cum enim in fabellis, à quibus inchoandum ad imbuenda literis puerorum ingenia, non solum Quintilianus, alijq; Rhe tores, siue Grammatici sunt autores, sed grauissimi omnium philosophi, et utriusq; philosophiæ duo lumina Aristoteles, & Plato, tria potissimum spectanda censerem,

rem, maximamq; esse habendam singulorum rationem, Delectationem, Perspicuitatem, Breuitatem. primum vt alliciantur animi, est enim discendi illecebra delectatio, deinde ne difficultate, & obscuritate deterreantur, tum ne longitudine memoria opprimatur, priorem partem multos esse assecutos uidebam, qui fabellas suapte etiam natura iucundas uersibus elegantissimis persecuti sunt, sed duas posteriores omnino neglexisse, nam, dum plurimis eas quasi cincinnis expolire, & illustrare contendunt omnes ornamentorum arculas excutientes, omnia poetices μυροθήκια, & veneres adhibentes, ad ostentandam potius ingenij facultatem, quam puerorum vtilitatem, longiores, addo etiam obscuriores, quam imbecilla puerorum ingenia desiderabant, fuere: ipse hęc omnia simul præstare sum aggressus. Rem enim versibus sum complexus, sed Iambicum genus delegi, quod est solutæ orationi quamsimillimum, suaq; sponte quasi fluit & hanc mihi præscripsi legem, ne extra quatuor versiculorum numerũ, & quasi

cancellos breuitatis causa excederem. Quinto autem versu omnem fabellæ sensum, præceptumq́; comprehendi, vt centum versiculis, totidem pulcherrimę sententiæ, atque documenta ad vitæ instituendam rationem pertinentia contineantur. De his edendis cum mecum agerent Amici, mihiq́; non satis consilium probaretur, cum mei potius exercendi, ac proludendi, quam edendi causa scripsissem, illud me potissimum in hanc mentem impulit, quod dicerent communi me vtilitati consulturum, vsurpauiq́; vetus illud, quod Polemon græce dixerat, νικᾶτω τὸ τῆς πόλεως συμφέρον. *In hanc porrò veni sententiam, vt illas sub Illustrissimi vestri nominis inscriptione diuulgarem multis de causis, primum vt aliquod darem meæ in Vos obseruantiæ, & fidei testimonium, quos non solum, vt nunc istam dignitatis amplissimæ personam sustinentes, cui me parere, & summam in colendo sanctitatem præstare æquum est, sed multo ante, cum neque vos III Viri essetis, nec ipse vllo publice docendi munere defungerer,*

singulari

singulari semper sum magnitudine obseruantiæ prosecutus, & vestram (vt sese res dederunt) benignitatem, ac patrocinium meis temporibus expertus sum. De vobis loquor Illustrissimi, omniq; senatoria laude cumulatissimi Patres, ac patriæ lumina GEORGI, *ac* MICHAELI. *Nam te Illustriß.* PRIOLE, *ne mentiar, eodem die ex Romana honorificentissime gesta Legatione reuersum antea mihi non de nomine quidem, quod sæpe ad meas aures cum summa tua laude peruenerat, sed de facie ignotum,* III *virumq; iam factum agnoui, & ut patronum cum his colendum suscepi, quam meam in vos omnes animi inductionem, ac obseruantiã certa ratione, & virtutis vestræ potius quam fortunæ, quæ tamen (si id spectamus) est amplissima, admiratione susceptam quoad vixero, conseruabo. Deinde vt intelligatis me in hoc munere, quod ad me delatum est, perfungendo, quantum est in me, nulla ex parte deesse, non solum græce, & latine coniunctim, (vt facio) interpretando, sed etiam dies, noctesq; cogi-*

tando, qua ratione mea poſſit induſtria, aut opera publicæ vtilitati, aut dignitati inſeruire, maioremq́; me in hoc, (vt cæteris quoque rebus ſemper feci, ac faciam quotieſcunque vſus uenerit) publici commodi, quam meæ dignitatis, ac emolumenti rationem habere. Poſtremo vobis quoque conuenire res viſa eſt, qui meum hoc conſilium cum latinis græca iungendi, non ſolum aſſenſu comprobaſtis, ſed iudicio quoque veſtro acerrimo, atq; factis, tuq́; potiſſimum præclariß. Michaeli, qui græcas literas iam pridem & tenes, & colis, meaſq́; olim græcas odeculas ad te conſcriptas humaniſſime ſolitus es excipere, & exoſculari. Vos vero ampliſſimi Viri hos primos quaſi flores, & præludia induſtriæ noſtræ, dum maturiores illius fructus appareant, non aſpernamini, & me in clientelam veſtram ſuſceptum, cum ſtudiis noſtris quaſi iacentem veſtro patrocinio, & gratia ſubleuate.

Venet. Kal. Aug. M D X X C V I I.

addictiſs. Fabius Paulinus.



A'.

Βουκόλος, καὶ ἡρακλῆς.

Ἅμαξα πᾶσι πηλῷ ἔχετο τροχοῖς,
Ὁ βουκόλος δ' ἐποίει οὐδὲ γρύ, μόνον
Τὸν ἡρακλέ' ἐκάλει, θεὸς δ' ἐλθὼν ἔφη,
Τὰς βοῦς ἔλα, ἐπέρειδε, κ' ἀγώγ' ἐπαμυνῶ.

Ἐπιμύθιον.

Τοῖς δρῶσιν ἄσμενοι ἐπικουροῦσιν θεοί.

I.

Bubulcus, & Hercules.

Plaustrum hæserat mersis luto penitus rotis,
Iners Bubulcus nihil agebat, Herculem
Tantum inuocabat, adfuit Deus, & ait,
Stimula Boues, innitere ipse, & opem feram.

Sensus fab.

Agentibus fauent, feruntq; opem Dei.

B'.

Κύκνος, χὴν, καὶ ἀνήρ.

Κύκνον θ' ὁμοῦ, καὶ χῆνά τις τρέφων, χρόᾳ δ'
Ἐξηπατημένος, ἀντὶ χηνὸς εἷλε πτίλων,
Κύκνον, φαγεῖν μετὰ τῶν φίλων ταύτην θέ-
Ἄσας δ' ὁ κύκνος κατὰ τ' εἰωθὸς, ἀπελύθη.

Ἐπιμύθιον.

Κακὰ πολλάκι τις, ἀλύζεται κομψοῖς λόγοις.

I I.

Cycnus, Anser, & Homo.

Cycnum simul quidã, Anseremq; alebat, ast
Colore falsus, Anseris cœpit loco
Cycnum, dare hoc suis epulum amicis volens,
Cecinit olor de more, & exiuit necem.

Sensus fab.

Mala sæpe deriuantur eloquentia.

VOLP-

Γ΄.

Ὄρνιθες, κολοιὸς, καὶ ταὼς.

Χειροτόνεον ἄνακτ᾽ ὄρνιθες, μετίει ταὼς,
Καὶ πᾶσιν ὅδε διάγε τό κάλλος ἄξιος
Ἐδόκει, κολοιὸς δ᾽ ὑπολαβὼν ἦ, ὦ᾽ γαθοὶ
Πῶς ὅδε καλὸς πρὸς ἀετὸν ἡμίν ἐπαρκέ-
σει; Ἐπιμύθιον.
Νοῦ δεῖ ἄνακτος, οὐ θεωρεῖν καλλονὴν.

III.

Volucres, Monedula, & Pauo.

Regem Alites creare, prensabat Pauo,
Eius q; regno digna species iam habita erat.
Surgit Monedula, & ait, heus socia, Hic sua
Qui nos tuebitur specie aduersus Aquilam?

Sensus fab.

In Rege nō tā est forma spectāda, quā animus.

Δ'.

Δύο βάτραχοι.

Ἐν ὑστερήσει ὑδάτων ἀγροὺς κύων
Ὅτ' ἄζει, εὗρον δύο πλέον βάτραχοι φρέαρ,
Καταβητέον δεῦρ' ἡμῖν εἶπεν, ἡ δ' ἔφη,
Πῶς ἔξιμέν γ', εἰ ὧδε, θ' ὕδος ἐκλίπῃ.

Ἐπιμύθιον.

Νόει τέλος τοῦ πράγματος, πρὶν τοῦτο δρᾶν.

IIII.

Ranæ duæ.

In summa aquæ inopia arua cũ torret Canis
Ranæ indagarant puteum aquæ plenum duæ.
Prior, huc opus descendere inquit. Altera
Quî exibimus, si deficiet aqua hic? refert.

Sensus fab.

Specta exitum rei, prius quam rem geras.

SER-

E'.

Ὄφις, καὶ Ζεύς.

Ὄφις ἀπὸ πάντων ἀμφ' ὁδὸν πατούμενος
Ζῆν' ἀνεκαλεῖτο, Ζεὺς πρὸς αὐτὸν δ' εἶπεν, εἰ
Νήποινος οὐ πρότερον πατήσας ᾤχετο,
Οὐκ ἄν γ' ἐτόλμησε τόδε δρᾶν, ὁ δεύτερος.

Ἐπιμύθιον.

Δεῖ πᾶσι τοῖς κακοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἀντέχειν.

V.

Serpens, & Iuppiter.

Opem implorabat in via serpens Iouis
Ab omnibus pessundatus, Iuppiter ait,
Si non fuisset illi, qui pressit prior,
Impune ferre, id ausus alter haud foret.

Sensus fab.

Ab initio cunctis resistendum est malis.

ϛʹ.

Ὄρνις, καὶ χελιδών.

Ὤρνις ὄφεως θάλπεν ἀκρυβέστατα,
Καὶ δὴ γοναὶ ἀνέθηλον, εἴδουσα χελιδὼν
Τόδ᾽, ἔφη, μάταια, τοὺς δὲ τί τρέφεις; χάριν
Οἱ μὲν ἁταλόντές σοι ἀποδώσουσιν μόρῳ.

Ἐπιμύθιον.

Ἀχάριστοι ἀντ᾽ ἀγαθῶν ἀποδιδόασι κακόν.

VI.

Gallina, & Hirundo.

Serpentis oua cum foueret ſedulo
Gallina, & inde emergerent fœtus, ait
Viſo hoc Hirundo, Heus ſtulta, quæ alis iſtos, qui
Iam creuerint, referent tibi gratiã nece. (vbi

Senſus fab.

Mala pro bonis reponit ingratus animi.

LVPVS,

Z.

Λύκος, καὶ ὄϊς.

Νοσῶν ἔκειτο, καὶ τροφῆς ἀπορῶν λύκος,
Αὐτῷ τ' ἐδεῖτο ποτὸν ἐνεγκεῖν τὰν ὄϊν,
Τροφὴν γὰρ εὑρήσειν καθ' αὑτὸν, ἣδ' ἔφη,
Ἀλλ' εἰ πόσιν γ' οἴσω, ἔσομαι αὐτῷ τροφή.

Ἐπιμύθιον.

Πανούργου ἀνδρὸς, εἰς λόγους ἀποσκεπτέον.

VII.

Lupus, & Pecus.

Iacebat æger, & cibi indigens Lupus,
Pecudem rogat, potum vt sibi ferat, cibum
Sibi nam parabit ipsemet, hæc ait,
Sed si potum dedero tibi, ero egomet cibus.

Sensus fab.

Pellacis hominis ponderanda oratio.

COR-

Η´.

Κόραξ, καὶ ὄφις.

Ἀπορῶν τροφῆς κόραξ ἐν εὐηλίῳ ὄφιν
Κοιμώμενον τόπῳ ἰδὼν ῥίμφ' ἥρπασεν
Καταπτὰς, ὁ δὲ στραφεὶς ἔδακνε, καὶ κόραξ
Φεῦ τάλας, ἔφη, ὅπερ ᾠόμην κέρδος, ὤλεσεν.

Ἐπιμύθιον.

Πολλάκι κακὸν κέρδους ἐπ' εἴδει κρύπτεται.

VIII.

Coruus, & Anguis.

Egens cibi Coruus in aprico Anguem loco
Somno grauatum aſpexit, euolans rapit,
Conuerſus Anguis hunc momordit, hic ait,
Quod credidi lucrum miſer, fatum tulit.

Senſus fab.

Quandoque ſub lucri malum ſpecie latet.

PISCA-

Θ΄.

Α᾿λιεὺς, καὶ θυννος.

Αλιεὺς ἐν ὕδασιν μογήσας πάνυ σφόδρα
Μηδὲν τ᾿ ἑλὼν πολλ᾿ ἠθύμει, εὐθὺς μέγας
Δελφῖνα φεύγων θυννος ἑὸν εἰσήλατο
Δίκτυον, ὁ θήρᾳ ᾤχετο δὲ γήθων φρένας.

Ε᾿πιμύθιον.

Ε᾿ϖότε δίδωσι τύχη, ὁ τέχνη ἀδυνάτος.

IX.

Piſcator, & Tunnus.

Piſcator in aquis cum laboraſſet diu,
Nihilq́ue cœpiſſet, dolebat anxius,
Tum Tunnus inſequente Delphini metu
Rete inſilit, præda hic graui, lætus abijt.

Senſus fab.

Sæpe obtulit ſors, quod nequeat ars aſſequi.

CER-

Ι'.

Ἔλαφος, καὶ νεβρός.

Ἐπυνθάνετο παρὰ γονέος νεβρὸς ἐλάφου
διότ' ὢν ἐλαφρότερος, πολύ τε μείζων κυνὸς
Τόσα δείδι' αὐτὸν, ὃ δ' ἦ, ἀληθῆ τάδε, ἀτὰρ
Κύνα μὲ κλύοντ' εὐθὺς φύζ' ἀμφιβάλλεται.

Ἐπιμύθιον.

Οὐ σώματ' ἐν μεγάλῳ ἔνεστ' ἰσχὺς, νόῳ.

X.

Ceruus, & Hinnulus.

Quærebat ex Ceruo parente filius,
Cur maior, & velocior cum sit Cane
Tam eum timeat. hic vera ait nate hæc, tamen
Canem vbi audio, repente vertor in fugam.

Sensus fab.

Non corpore in magno, insidet virtus animo.

PASTOR,

IA´.

Ποιμὴν, καὶ λέων.

Ἦ νίν γ' ἀπολλύμενον νομεὺς Διζήμενος,
ἔριφον δι' ἤυχεθ', ὅπως ἂν εὕροι κλεπτικὸν
Ἰδὼν δ' ἐὸν λέοντα δαρδάπτοντα βοῦν,
Ὡς ἐκφύγοι κλέπτην μέγαν βοῦν ηὔχετο.

Ἐπιμύθιον.

Κακὰ νήπιοι ἑκάστοτε παραιτούμεθα θεούς.

XI.

Paſtor, & Leo.

Paſtor Iuuencum forte quærens deuium,
Vouit Ioui Hædum, ſi reperiſſet furem,
Viſo Leone mox vorante eius Bouem,
Effugeret vt furem, integrum vouit Bouem.

Senſus fab.

Stulti plerunque mala rogamus Cælites.

FVLLO,

I'B.

Ἀνθρακεὺς, καὶ γναφεύς.

Ἐπιτηδὲ ἀνθρακεὺς ἐνοικῶν οἰκίαν
Κναφέα ὁμοῦ αὐτῷ συνοικεῖν ἠξίου:
Κναφεὺς δ' εἶπε, πῶς γενήσεται τόδε,
Μιανεῖς σύ γὰρ πάνθ', ἅπερ ἔγωγε λευκανῶ.

Ἐπιμύθιον.

Ἀνομοίου ἐκλαβητέον συνήθειαν.

XII.

Fullo, & Carbonarius.

Commoda habitans in æde Carbonarius,
Fullonem, eandem vt incolat secum, rogat,
Fullo refert, qui nam pote hoc fieri? tu enim
Fœdabis, album quicquid ipse fecero.

Sensus fab.

Fugienda sunt tibi disparis consortia.

ASI-

ΙΓ.

Ὄνος, ἔλαφος, πίθηκος, ἀσπάλαξ.

Αὐτῷ ὄνος ἠγανάκτει ἐνδέειν κέρα,
Ἰσχὺν ἔλαφος, πίθηκος οὐρὰν, τοῖς δ' ἔφη
Τὸ θ' ὁ ἀσπάλαξ, θεᾶσθε μῶροι τὴν δ' ἐμὴν
Ἀλαοσκοπίαν, ἀγανακτέειν τε λήγετε.

Ἐπιμύθιον.

Μείζον' ἑτέρων ὁ βλέπων κακ', ἐὰ ῥᾷον φέρει.

XIII.

Asinus, Ceruus, Simius, Talpa.

Deesse sibi cornua querebatur Asinus,
Roburq; Ceruus, atque caudam Simius:
Tunc Talpa: stulti, ait, intuemini meam
Hanc cæcitatem, & desinite iam conqueri.

Sensus fab.

Maius malum alterius videns suum leuat.

PVER,

Ιδʹ.

Παῖς, καὶ κοχλία.

Ὤπτα γεωργοῦ πρὸς τὸ πύρ παῖς κοχλίαν,
Ἡ δ' ἰκμάδος γέμουσα τρύζει, ὡς πυρὸς
Αἴσθησιν ἔλαβ', ὁ δὲ μῶρον εἶπε, καὶ τάλαν
Ζῶον ἄρ' ἀείδεις, ὅτε σὺ, δῶτε σὸν πυρὶ
καίεται. Ἐπιμύθιον.

Τὰ πᾶσ' ἀσύμφων' ἤθεσ' οὐκ ἐπαινετά.

XIIII.

Puer, & Cochlea.

Coquebat igne rustici Cochleam Puer,
Stridebat illa humore fœta sentiens ,
Calorem ,at ille miserũ ait stultũ, & animal
Cum tu, domus q; flagrat igne tua, canis.

Sensus fab.

Damnantur omnium, quæ abhorrent moribus.

MVSCA

IE′.

Μῦα εἰς μέλιτος ἀγγεῖον πεσοῦσα.

Εἰς μέλιτος ἀγγεῖον καθεῖσα διέπτατο
Μῦα, κεκορημένη δ᾽ ἀναπτῆν᾽ ὡς θέλεν (δῶν,
Μέλιτ᾽ ἐμπαγέντων ἔχετο γλυχρῷ πο-
Θνήξασα δ᾽ εἶπ᾽, οὐ λυγρὸν ἐν μέλιτι θα-
νεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ἀνδρὶ ἀγαθῷ καλὸς οὐκ ἀπεχθής ποτε μό-
ρος.

XV.

Muſca, in Mellis vas quæ deciderat.

In Mellis ollam Muſca ſe demiſerat,
Quæ cum cibo diſtenta vellet egredi,
Tenaci inhæſit implicata nectare,
Moriẽsq́; ait, in melle acerbũ haud mihi mori.

Senſus fab.

Honeſta mors forti haud acerba vnquam viro.

Ι'ς.

Ἀλώπηξ, καὶ λέων.

Ὡς πρῶτ' ἀλώπηξ ἶδε λέοντα, τῷ φόβῳ
Μικροῦ ἀπέσβη, πάλιν ἰδοῦσ' ἧττον δέος
Ἐπάταξε, τρίτον δὲ θεασαμένη φρεσὶν
Θάρσος γ' ἀέξουσα προσίεν, προσηύδα τε.

Ἐπιμύθιον.

Φοβερὰ δὲ πρόσοισα τίθησιν ἡ συνήθεια.

XVI.

Vulpes, & Leo.

Vulpes Leonem aspexit vbi primum, quasi
Misera est metu exanimata, mox videns eum
Timuit minus; vbi tertio aspexit, animos
Sumens, propeq; accessit, & ausa est alloqui.

Sensus fab.

Horrenda reddit vsus ipse mollia.

SENEX,

IZ.

Γέρων, καὶ θάνατος.

Αἰνῷ γέρων ξύλων βαρυνθεὶς φορτίῳ
Αὐτὸ ἐν ὁδῷ ἀποθεὶς ἐπεκαλεῖτο θάνατον,
Ὁ δὲ παριὼν ἐπυνθάνετο τί μιν θέλει;
Ἐπίθες τρέων τίδ' ἔφη, ἐμοῖς ὤμοις βάρος.

Ἐπιμύθιον.

Δείδιμεν ἀπόντ' ἐδὲν, παρόντ' αἰνῶς μόρον.

XVII.

Senex, & Mors.

Senex iniquo prægrauatus pondere
Lignorum, onus deposuit in via inuocans
Mortem, adfuit Mors, & rogat, quid se velit,
Impone ait tremens humeris fascem hunc meis.

Sensus fab.

Mortē dū abest tēnimus, at horremus cū adest.

IH′.

Ἀλώπηξ, καὶ ἐχῖνος.

Φάραγγι πηλοῦ κερδὼ ἔσχετο, εἴρεται
Ἐχῖνος αὐτῆς, τοὺς κρότωνας ἆρα θέλει
Ἀπελᾷ, ἀμύζοντας οἱ αἷμ᾽, ἤ, οὐδαμῶς,
Εἰ γὰρ ἀπάγοις μεσοὺς, παρῖσ᾽ εὐθὺς ἄσι-
τοι.

Ἐπιμύθιον.

Κινῶν καθεστηκότ᾽, ἐπάγει αὐτῷ κακόν.

XVIII.

Vulpes, & Erinaceus.

Vulpes lutoſa inhæſerat voragine,
Rogat Erinaceus an abigat muſcas velit,
Sibi ſanguinem, quæ exugerent, nequaquã ait,
Saturas ſi enim has pellis, aderunt famelicæ.

Senſus fab.

Res qui nouas quærunt, malum ſibi comparant.

DVO

I'Θ.

Νεανίσκοι δύο, καὶ μάγειρος.

Παῖδες μαγείρῳ δύο προσῆλθον, ὧν ὁ μὲν
Κλέψας μέρος κρεῶν ἐδῶ θατέρῳ, κρέας
Ζητεῖ μάγειρος, ἔχων ἐλεῖν ἀπεῖπ', ἑλὼν
Ἔχειν, ὅδ' ἤ, κ'ἂν κλὼψ με λήσει, οὐ θεόν.

Ἐπιμύθιον.

Βροτούς τι λανθάνειν δυνατὸν, οὐδὲν θεόν.

XIX.

Duo Adoleſcentes, & Coquus.

Adeunt Coquum Iuuenes duo, alter carnium
Fruſtum abſtulit, ſocio & dedit, carnem coquus
Petit, abſtuliſſe hic ſe, habere alter negat,
Hic ait, latet ſi me, haud latebit fur Deum.

Senſus fab.

Cœlare aliquid homines pote eſt, nunquã Deum.

K´.

Ἰατρὸς, καὶ νεκρός.

Θεράπευεν ὃν νοσοῦντ᾽ ἰδὼν θανόντα δή
Ἰατρὸς ἐκφέρεσθαι, εἰ οὗτος, ὁ ἀνὴρ,
Ἔφη, ἀπήχετ᾽ οἴνου οὐκ ἀπέσβη ἄν,
Τότε τις ἔφη ᾧ τᾶν τάδ᾽ εἰπεῖν ζῶντ᾽ ἔδει.

Ἐπιμύθιον.

Καιρῷ ἐν ἀνάγκης ἐπιβοήθησον φίλοις.

XX.

Medicus, & mortuus.

Curauerat quem agrum ipse dũ efferri videt
Iam mortuum Medicus, ait, si hic sobrius
Biduum fuisset homo, haud suum obiisset diem,
Tunc quidam ait, viuũ admonere opus hæc fuit.

Sensus fab.

Cum vrget neceßitas amico opem feras.

CANIS,



Κά.

Κύων, καὶ μάγειρος.

Κύων θορήσας εἰς μαγειρεῖον κέαρ
Ἥρπασε φυγὼν, στραφεὶς μάγειρος, καὶ τόδε
Γνοὺς φησ', ὦ οὗτος ὅπου ποτ' ἦς σε φυλάξομαι.
Οὔμοι γὰρ ἔκλεψας κέαρ, ἀτὰρ δή ἔδως.

Ἐπιμύθιον.

Πάθημα πολλάκις, μάθημ' ἀνδρὶ γίνεται.

XXI.

Canis, & Coquus.

Canis culinam ingressus abstulit Coquo
Cor alia agente, fugitq́ȝ, conuersus Coquus,
Heus tu ĩquit, obseruabo ego vsq́ȝ te vbi ubi eris,
Nõ cor enim ablatũ est mihi hoc furto, at datũ.

Sensus fab.

Plerunque damno aliquo sapere discunt viri.

Κ β'.

Βάτραχος, καὶ λέων.

Βοῶντος ἤκουσεν λίγα βατράχου λέων
Τὶ ζῶον οἰόμενος μέγα, πρὸς ὅπα στράφη
πάντῃ περιβλέπων, ἐξιόντα δὲ βάτραχον
Λίμνης ἰδὼν, ποσὶν προσελθὼν ἀπέπνιγεν.

Ἐπιμύθιον.

Πολλάκι φάτιν μινύθει πρόσοψις ἀνέρων.

XXII.

Leo, & Rana.

Clamantē inaudierat Leo Ranā, & animal
Aliquod putans magnum retro vertit oculos,
Lustrans locum late, exeuntem mox videns
Ranam è palude, pedibus accedens terit.

Sensus fab.

Famam hominibus sæpe minuit præsentia.

VRSVS.

Κϛʹ.

Ἄρκτος, λέων, καὶ ἀλώπηξ.

Πολλὰ μαχέσαντο περὶ κεμάδος ὁμοῦ λέων,
Ἄρκτος τ᾽ ἀπειρηκότες ἔπειτα τῇ μάχῃ
Ἄμφω ἔκειντ᾽ ἰνδ᾽ ὅσον ἀΐσσειν δυνάμενος.
Ἰδοῦσ᾽ ἀλώπηξ ἥρπασε κεμάδα, καὶ φύγεν.

Ἐπιμύθιον.

Ρεῖα δυνατῶν ψιλὸς δίχα φρονούντων κρατεῖ.

XXIII.

Vrſus, Leo, & Vulpes.

Diu Leo, atque Vrſus ſimul pugnauerant
Ob Hinnulum, feßi iacebant denique
Vterque ſic, ſibi fas moueri vt non foret.
Vulpecula viſo hoc Hinnulum rapit, ac fugit.

Senſus fab.

Facile potentes diſpares vincit minor.

Κδ'.

Μύρμηξ, καὶ περιστερά.

Μύρμηξ ῥόᾳ εἵλκεθ' ὑδάτων, ῥίψ' οἱ κλάδον
Πέλεια, τῷδ' ἐσώθη αὐτὴ, αὖ πάλιν
Ἔδακνεν ἰξευτὴν λοχῶντα περιστεράν,
Ὁ δ' ἥλλετο, πέλεια δὲ μεταξὺ ἀπέπτατο.

Ἐπιμύθιον.

Εὐεργετήσαντι δεῖ ἀποδιδόναι χάριν.

XXIIII.

Formica, & Columba.

Formica aquæ fluxu trahebatur, iacit
Columba ramum, euadit hoc illa, pupugit
Mox Aucupem insidijs capere parantem auem,
Excutitur hic, Columba & interim fugit.

Sensus fab.

Referre oportet bene merenti gratiam.

AGNVS,



Κέ.

Ἔριφος, καὶ λύκος.

Θυρίδος ἀφ᾽ ὑψηλῆς λύκον παριόντ᾽ ἰδὼν
Ἐλοιδόρει, ἐπεκερτόμει τε μάλ᾽ ἔριφος
Ἔπεσιν ἀταρτηροῖς, ὁ δ᾽ ἠπίως ἔφη,
Ὦ οὗτος, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλὰ ὁ τόπος.

Ἐπιμύθιον.

Τόπος αἴτιον πολλάκι γίνεται ἁμαρτάνειν.

XXV.

Agnus, & Lupus.

Alta ex fenestra transeunti Hædus Lupo
Probra ingerebat multa, grauiaq; prosequens
His vsque eum, renidens leniter hic Lupus,
Non tu mihi maledicis inquit, at locus.

Sensus fab.

Est ansa peccandi plerunque homini locus.

Κϛʹ.

Κόραξ, καὶ ὄνος, καὶ λύκος.

Καταπτὰς ὄνον ὁ κόραξ τὰ νῶθ' ἡλκωμένον
Ῥίγχει ἔπαι', ὀγκᾶτ' ὄνος, καὶ ἐς ἀέρα
Λάκτιζε τοὺς πόδας, γελᾷ κύριος, ἰδὼν
Λύκος ἦ, μέδε φονεύσει', ἐὰν βλέψω μόνον.

Ἐπιμύθιον.

Κακῶς ἀκέων πᾶσιν ἔσθ' ὑπόψιος.

XXVI.

Coruus, Aſinus, & Lupus.

Tergus Aſelli exulceratum deuolans
Coruus reſcindit, hic rudit, Cœlum, & furens
Dolore, calcibus petit, ridetq; Herus,
Lupus, at me ait ſi aſpexero, occiſum volet.

Senſus fab.

Eſt omnibus ſuſpectus is qui audit male.

DE

Κζ΄.

Ἀλεκτριόνες δύο.

Μαρναμένοιιν δύ᾽ ἀλεκτόρων εἷς τὸν ἕτε-
Τρόπωσεν, ἡττηθὴς κρύβη, ὁ δ᾽ ἀράμενος (ρον
Νίκην ἐς ὕψος ᾖδεν ἀρθεὶς, αἰετὸς
Τόνδ᾽ ἥρπασεν, κεκρυμμένος δὲ γέγον᾽ ἄ-
ναξ. Ἐπιμύθιον.

Φιλεῖ ταπεινοὺς θεὸς, ἀγήνορας μισεῖ.

XXVII.

De duobus Gallis.

Pugnantibus duobus alter alterum
Gallus fugauit, se abdidit victus, super
Alto pariete victor euolans canit:
Aquila hunc rapit, regno potitus alter est.

Sensus fab.

Deus superbos odit, humilibus fauet.

Κή.

Ἡμίονος.

Κριθῇ παχυνθεὶς ἡμίονος εἶπε γονέα
Ἀκαμαντόποδα αὐτῷ τὸν ἵππον ἔμμεναι,
Ταχέος ἀνάγκης δ᾽ αὖ ἐπελθούσης δρόμου,
Ἔγνω ἀπόγονον εἶναι αὐτὸν τοῦ ὄνου.

Ἐπιμύθιον.

Εἰς βροτοὺς κακὰ ὑπομιμνήσκει τύχης.

XXVIII.

Mulus lasciuiens.

Multa ordei olim copia lasciuiens
Cursorem Equum sibi esse dicebat patrem
Mulus, vt alacri autem fuit sibi cursu opus,
Cognouit Asino esset quod oriundus patre.

Sensus fab.

Status recordari sui aduersa faciunt.

TIBI-

ΚΘ΄.

Σαλπιγκτὴς, καὶ πολέμιοι.

Ἁλοὺς ὁ σαλπιγκτὴς ἐδεῖτο πολεμίους
Ὅπως ἄμαχον ἑαυτὸν ἀπολύωσιν, ὦ
Σάλπιγξ μόνη, θανάτου σὺ μᾶλλον ἄξιος
εἶπον, ὅτ' ἄμαχος ἄλλους ἐγείρεις εἰς μάχην.

Ἐπιμύθιον.

Πταίει πλέον ὁ πρὸς κακὸν ὀτρύνας, ἢ ὁ-
δρῶν.

XXIX.

Tibicen, & Hoſtes.

Tibicen à phalange captus hoſtium
Rogabat, imbellem ſe vti dimitterent,
Cui nil tubam præter, nece hoc tu dignior
Hoſtis ait, incendis quòd imbellis alios.

Senſus fab.

Peccante peccat magis, cum qui promonet.

VER-

Λ΄.

Σκώληξ, καὶ ἀλώπηξ.

Τῷ πηλῷ ἐξιὼν ποτὲ σκώληξ ἔφη
Ζώοισι πᾶσ' ἰατρός εἰμ' ἐγὼ καλὸς,
Ὡς ἐνὶ θεοῖς παίων, ἀλώπηξ δ' εἶπε πῶς
Ἄλλους ἰώμενός σε κυλλὸν οὐκ ἰᾷ;

Ἐπιμύθιον.

Ἐς' οὐδαμῶς σοφὸς, ὅςτις οὐχ αὐτῷ σοφός.

XXX.

Vermis, & Vulpes.

Vermis luto egressus aliis cum animantibus
Tenere se artem gloriabatur probe
Medicam, vt apud superos Paan, Vulpes ait
Si aliis mederis, tu cur ipse claudicas?

Sensus fab.

Sapiens sibi qui non sapit, nihil sapit.

CANES



Λδ.

Κυώες δύο.

Οὐρανὸν ἕως ὑγροῖς περίπλιξεν νότος
Πτεροῖσιν, ἰῶ κύων, ὅς οὔποτ᾽ ἐξίει
Στέγους, κύων ζητεῖ ἕτερος τ᾽ αἴτιον, ὁ δ᾽ ἦ,
Θερμόν ποτ᾽ ἆσεν ὕδωρ, συγῶ νῦν καὶ ἄπυρον.

Ἐπιμύθιον.

Καὶ τὸν ἀγαθὸν, συγέει ὁ πρὸς κακοῦ παθών.

XXXI.

Canes duo.

Teneret amplexum humidis dum alis Notus
Cælum, Canis quidam pedem nūquam è domo,
Alter ab eo quærit Canis causam, hic ait
Calida olim aqua læsus, metuo modo frigidam.

Sensus fab.

Bonos veretur quoque, malos qui expertus est.

COR

Λϛ.

Κόραξ, καὶ μητήρ.

Χαλεπῇ δαμεὶς ἔκειτο τῇ νόσῳ κόραξ,
Καὶ μητέρα λιτάνευεν εὔχεσθαι ὑπὲρ
Αὐτοῦ θεοῖς, ἡ δ' εἶπε, τί τέκνον ὄφελος,
Εἰ πᾶσ' ἀπ' εἷς θυμοῦ τεαῖς κλοπαῖς θεοῖς;

Ἐπιμύθιον.

Ἐπίκουρον ἕξει οὐδὲν ὁ κακ' ἄλλους δράσας.

XXXII.

Coruus, & mater.

Morbo laborabat rapax coruus graui,
Matrem obsecrat, prece vt fatiget Cælites.
Nati ob salutem, illa inquit, heu quid proderit,
Si omnes tuis furtis tibi infensi Dij?

Sensus fab.

Nullius opem speret, fuit qui alijs nocens.

CANES

Λγ'.

Κύνες δύο.

Ἐπευτωόντος δαῖτα καλὴν δεσπότου
Ἥλικα καλῶν κύων μαγειρεῖον ἐσάγει,
Καὶ τόνδε δείπνου ὅτε πάσασθαι προσδό-
Μάγειρος ἔρριψ' ἰθὺς ἔξωθε θυρίδων. (κα,

Ἐπιμύθιον.

Ὑπισχομένῳ οὐ πείθου ἐξ ἀλλοτρίων.

XXXIII.

Canes duo.

Canis apparante lautum Hero conuiuium
Inuitat æqualem Canem, in Culinam eunt,
Hospes Canis vorare vbi credit dapes,
Eiectus à Coquo Culinam extra est miser.

Sensus fab.

De alieno habenda pollicenti haud est fides.

EQVVS,

ΛΔ.

Ὄνος, καὶ ἵππος.

Ἵππος τ᾽, ὄνος θ᾽ ὁμοῦ μέγα βεβριθότες
Ἄμφω ὥδευον, ἱκέτευεν οἱ ἀρηγέμεν
Ἵππον ὁ ὄνος, ὁ δ᾽ ἀπεῖπε, πιπτεῖ ὄνος, βάρος
Πᾶν δεσπότης ἵππῳ, τὸ δέρμ᾽ ἐπέθηκ᾽ ὄνου.

Ἐπιμύθιον.

Κρείσσων ἐὰν ἀρήξῃ χερὶ δ᾽ ἑκατέρῳ.

XXXIIII.

Equus, & Asinus.

Facientibus iter vnà Equo, & Asino, satis
Vtroque onusto, comitem Asellus obsecrat
Se vt adiuuet; negat hic, moritur Asinus, Equo
Herus omne onus, pellem quoq; imponit Asini.

Sensus fab.

Tenuem potens ni iuuet, vterque concidunt.

PISCA-

Λέ.

Ἁλιεὺς, καὶ σμαρίς.

Τυτθὴν σμαρίδα τοῖς δικτύοις εἷλεν ἁ- (λιεὺς,
Ἣ δὲ λιτάνευεν αὐτὸν οὔ τότε μιν λαβεῖν,
Ἀλλά γ' ὅταν αὐξυνθῇ, ὁ δ' ἄνους εἴην ἔφη
Κέρδος παρεὶς, τ' ἐν χερσὶ, μείζους ἐλπίδι.

Ἐπιμύθιον.

Τ' ἐν χερσ' ἀφεὶς μείζους δι' ἐλπίδα νήπιος.

XXXV.

Piſcator, & Cerrus.

In rete Cerrum perpuſillum cœperat
Piſcator, is dimittat vt ſe, eum rogat,
Vbi creuerit capiat, at hic ſtultus ſim ait,
Maiore ſi ſpe, quod teneo, omittam lucrum.

Senſus fab.

Non ſanus eſt abijciens quod habeat ſpe lucri.

ΛϚ'.

Ἁλιεὺς, καὶ ἰχθύες.

Ἁλιεὺς τις ηὔλιζεν ἐπὶ θῖν' ἁλὸς, δοκῶν
Ἰχθύας ἐφάλλεσθαι ἰδεῖν, γνοὺς δ' ἐλπίδος
Ψευσθέντα δικτὺ βάλε, γίνεται ἄγρ', ἄλλεται
Ὁ δ' ἦ, μὴ αὐλοῦντος κἄκις ὠρχεῖσθε νῦν;

Ἐπιμύθιον.

Πᾶν τὸ παρὰ καιρὸν δρώμενον ἐπιμεμφὲς
ἦν. *XXXIIII.*

Piſcator, & Piſces.

Piſcator in littore canebat tibijs
Saltare viſurum putans Piſces, videt
Vbi ſe eſſe falſum, rete iacit, & præda fit,
Salit hæc, ſalitis hic peſſimi, cũ haud cano, is ait.

Senſus fab.

Reprehenditur quicquid fit alieno loco.

PA-

Λζ.

Ποιμὴν, καὶ πρόβατα. (ἀνέβη,
θ' εἷμ' ὑπὸ χάμαι ποιμὴν τανύσας δρυῶ
ίνασέ τ' αὐτὴν, τάδε πρόβατα μετὰ τῶ
φαγεῖν
βαλάνους λάθον συνεσθίονθ' εἷμάθ', ὁ δὲ γνοὺς
ἷμ' ἣ παρέχετ', ἄλλοις κάκισ', ἀφέλεσθ'
ἐμοῦ. Ἐπιμύθιον.
Εὖ δρῶσιν ἀλλοδαποὺς πέπονες, ἑοὺς κακῶς.

XXXVII. Pastor, & Oues.

Substrata humi eius veste quercũ ascenderat
astor, quatit q; illã, ast Oues glãdes dũ edunt,
estem vorant quoque nescia, Pastor videns
Datis, improba, ait, aliis, mihi vestem adimitis?

Sensus fab.

Stolidi bene externis, suis faciunt male.

COLVM-

Λή.

Περιστερὰ, καὶ κορώνη.

Κόμπαζ᾽ ἐπ᾽ εὐτοκίᾳ πελειὰς μέγα χέρω
Ἐν ὀρνέων, κλύουσα δὲ κορώνη ἔφη,
Ἀλλ᾽ ὦ᾽γαθὴ τὰς γαυριᾶν παῦε, πλέονας
Γὰρ ὅσω τέκες, τόσω πλέον συνάγεις λύ-
πης.

Ἐπιμύθιον.

Τὰς ζημίας πολλοὶ οἴουσιν ἀγαθά.

XXXVIII.

Columba, & Cornix.

Cœtu in auium Columba iactabat suam
Fœcunditatem, id audiens Cornix ait,
Heus parce soror hoc gloriari, nam paris
Quo mage, doloris eo mage fit accessio.

Sensus fab.

Incommoda sua putant plerique commoda.

ΛΘ.

Πελειὰς, καὶ κρατὴρ ὕδατος γεγραμμένος.

Πέλεια διψαλέη γεγραμμένον ὕδατος
Κρατῆρ' ἰδοῦσ' ἀληθὲς οἰομένη, κάτω (θεν,
Ῥίμφ' ἵπτατο, πίνακί τ' ἐμπεσοῦσ' αὐτὴν λά
Χαμάζετε κλασθέντων πεσοῦσ' ἑάλω πτε-
ρῶν. Ἐπιμύθιον.

Ἔργῳ ἀπερισκέπτως ἐπιτιθεὶς ὀλλύει.

XXXIX.

Columba, & Vas aquæ pictum.

Sitiens Columba pictum aquæ in tabula videt
Cratera, verumq; rata se celerrime
Demittit, vt bibat, tabellæ & inscia
Se illidit, & fractis capitur alis cadens.

Sensus fab.

Temere qui aliquid aggreditur, in damnũ ruit.

CAME-

M.

Κάμηλος, καὶ ἄνθρωποι.

Κάμηλος ὅτε πρῶτον ἴδετ' εἰς ὦπα βροτοῖς
Πελώριον φοβοῦντο θῆρα, πολλάκις δ'
Ὁρῶντες ἦλθον ἐγγὺς, ὡς πρᾶον τ' ἴδον
Ἦλον, τόσον τ' ἀτίζη ἅψ, ὡς παῖδ' ἐλᾶν.

Ἐπιμύθιον.

Ποιοῦσιν οὐδενὸς, ὅτε τις ὁμιλῇ λίαν.

XL.

Camelus, & Homines.

Camelus vt primum se videndam obtulit
Timere vastam homines feram, dehinc sæpius
Visam eã adeunt, capiuntq́, amabilẽ vt vidẽt,
Contemptui mox habita sic, pueri vt regant.

Sensus fab.

Parit contemptum nimia familiaritas.

ASINVS,

Μα.

Ὄνος, καὶ βάτραχος.

Ὄνος μέγα βεβριθὼς περήσας ποτὲ τ' ἕλος
Ἔπεσεν ὀλισθήσας, ἐγείρειν δ' ἀδυνατῶν
Ἐντεῦθεν σῶμ' ἀδύρετ' ὄγκων, βάτραχος
Τί φη δράσαις, εἰ εἶς πάλαι ὧδ', ὡς ἐγώ;

Ἐπιμύθιον.

Πόνῳ ἐπ' ἐλαχίστῳ ταράττεται ὁ σέπων.

XLI.

Asinus, & Rana.

Onustus Asinus dum paludem transmeat
Lapsus cecidit, & inde cum corripere
Haud membra posset, flens rudebat, audiens
Rana ait, at esses si hic diu, vt ego, quid ageres?

Sensus fab.

Quocunque minimo iners dolore frangitur.

Μβ.

Λαγωοὶ, καὶ ἀλώπεκες.

Λαγωοὶ αἰετοῖς ἐπολέμευν, ἐπικουρέειν
Αὐτοῖς ἀλώπεκας ἱκέτευον, αἱ δ᾽ ἔφαν
Ὡς ἦλθον ἂν ἐπίκουροι, εἰ μὴ ᾔδεσαν
Σαφῶς τινές τ᾽ αὐτοὶ, μετά τέτισιν ἡ μά-
χη.

Ἐπιμύθιον.

Τοῖς κρείττοσιν ἐριδαινέμεν μάλ᾽ εὐλαβοῦ.

LXII.

Lepores, & Vulpes.

Lepores gerentes bella cum Iouis Auibus
Opem rogarunt Vulpium, responsum ab his
Quod opem dedissent, nisi satis sibi cognitum
Qui ipsi sient, quibus q; cum bellum gerant.

Sensus fab.

Caue cum Potentioribus contendere.

COR-

M Ϛ.

Κορώνη, καὶ κύων.

Ῥέζουσ' ἱερὰ γλαυκώπιδι κορώνη θεῷ
Πρὸς δεῖπνον ἐκάλει κύν', ὁ δ' ἔφη, δρᾷς ὦ 'γαθὴ
Μάτην, θεοῦ γὰρ ἀπ' ἤχθα θυμοῦ, δρῶ ἔφη
Διὰ τοῦτο μᾶλλον, ἵνα διαλλαγῇ ἐμοί.

Ἐπιμύθιον.

Εὐεργετήμασιν κοτοῦνθ' ἱλάξεαι.

XLIII. Cornix, & Canis.

Cornix sacra operans Palladi ad epulas Canē
Inuitat, ille, frustra ait, facis soror,
Infensa tibi nam Dea, ait hæc facio hoc magis,
Vt gratiam effusam recolligam Deæ.

Sensus fab.

Placandus officijs subiratus animus.

Μδ.

Ἀοιδός.

Ἔμελπ' ἐνὶ κεκονιαμένῳ ἀοιδὸς δόμῳ
Ἀντί δ' ἰαχούσης οἱ ὀπὸς σφόδρ' ᾤετο
Λύγειος εἶναι, εἰς θέατρόντ' ἤλυθεν,
Κακῶς δ' ἐκεῖ ἄδων λίθοις ἐξεβάλετο.

Ἐπιμύθιον.

Οὐ μόνον ἑαυτοῖς, ἀλλὰ δεῖ ἄλλοις θ' ἄδειν.

XLIIII.

Cantor rudis.

Calce in domo illita vsque cantor dum canit,
Resonatq; vox, sibi canorus maxime
Est visus, & se ideo Theatro credidit,
Male vbi canens explosus inde est lapidibus.

Sensus fab.

Placere & aliis, haud sibi tantum est opus.

MVSTEL-



Με.

Γαλῆ, καὶ ῥίνη.

Εἰς χαλκεῶνα γαλῆ ἐσήλυθε, καὶ ἐκεῖ
Τὴν κειμένην ῥίνην ἔδακν', οἷδ' αὖ ῥέεν
Τῷ αἵματ' ὤ↓, γήθει δοκοῦσ' ἐπιρῥέειν
Χαλκὸν, ἀμέλει γλῶτ7αν τ', ὀδόντας τ' ὤ-
λεσεν. Ἐπιμύθιον.

Καλὰς γραφὰς μωμέμενος ἑαυτὸν βλάβει.

XLV.

Mustella, & Lima.

Ferrarij tabernam adit Mustella, ibi
Limam iacentem rodit, ora mox fluunt
Huic sanguine, & gaudet, fluere ferrum rata,
Demum misera linguam, atq; dentes perdidit.

Sensus fab.

Docta inuidus dum scripta carpit sibi nocet.

Μς.

Πάρδαλις, καὶ ἀλώπηξ.

Κύδει δεδαιδαλμένου ἐπαρθεὶς δέρματος,
Τὰ ζῶα πάρδαλις ἀλλ' ἐποίει οὐδενὸς,
Κερδὼ δ' ἔφη πέπαυσο γαυριῶν. σὲ γὰρ
Δορᾶς ἄγανται νήπιοι, ἐμὲ σοφοὶ νόου.

Ἐπιμύθιον.

Ἀνδρὸς ἀρετὴν θεώρει, οὐ τιμὴν μόνον.

XLVI.

Pardus, & Vulpes.

Picturati tumens honore tegminis
Pardus animantes floccipendebat, alias
Vulpecula ait, noli heus superbire, tuam enim
Stulti stupent pellem, & animum sani meum.

Sensus fab.

Virtus viri spectanda non vestis, & honos.

CERVA

Μζ.

Ἔλαφος, καὶ λέων.

Κυνηγέτας φεύγουσ᾽ ἐς ἄντρον εἰσέδυ
Ἔλαφος, λέοντ᾽ ἐνέκυρσέθ᾽, οὗ μέλλουσ᾽ ἀπο-
Φαγέσθαι εἶπεν, ὢ κακὴ μοῖρ᾽ ἀνέρας
Φυγοῦσα θηρ᾽ ἐνέπεσον ἀγριοτάτῳ.

Ἐπιμύθιον.

Μεγάλῳ ἐνέπεσε κακῷ φυγὼν πολλάκ᾽ ὀ-
(λίγον.

XLVII

Cerua fugiens,& Leo.

Ingreditur antrum Cerua, venantum fuga,
Offendit ibi Leonem, & huic voranda, ait,
Proh acerba sors, mitē fugio hominum necem,
Sæuißimamq́ in omnium incidi feram.

Sensus fab.

Graue in malum incidunt, plerique leuis fuga.

M η.

Χελώνη, καὶ ἀετός.

Πτῆναι ἐδεῖτό μιν χελώνη αἰετὸν
Διδάξαι, ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὴ πεφυκέναι
Αὐτῇ παρήγγελλ', ἡ δὲ μᾶλλον ἐδέετο
Ὑψοῦ ὁ δ' ἄρας ἀφῆκε, καὶ συνετρίβη.

Ἐπιμύθιον.

Συμβουλίων ἀνέρος ἀκουστέον σοφοῦ.

XLVIII.

Teſtudo, & Aquila.

Teſtudo agit cum Aquila prece vt volare ſe
Doceat, amice hac admonente aptā haud fore.
Magis inſtat illa, tollit Aquila in æthera
Sublimem, & inde mittit, illa frangitur.

Senſus fab.

Sapientis audienda conſilia viri.

VVL.

M Θ.

Ἀλώπηξ, καὶ ἄλλουρος.

Κερδὼ μετ' αἰλούρῳ ηὔχετό μιν δόλων
Τεχνῶν θ' ἁπασῶν δεῖν μάλ' εἰδέναι, ὃδ' ἔφη
Μίαν μόνην οἶδα, τότ' ἐπέρχεται ὁ κύων
Ἧλω κίναδος, ἕτερος δὲ βὰς δένδρον ἔφυ-
γεν.

Ἐπιμύθιον.

Μείζων μί' ἀρετὴ ἔκπλεως, ἢ ἀθρόαι.

XLIX.

Vulpes, & Feles.

Vulpes cum Fele gloriabatur dolis,
Technisq́ se instructã omnibus, at ego unã ait
Feles scio tantum, hic superuenit Canis,
Astuta capitur, scandit alter arborem.

Sensus fab.

Plus vna virtus summa, quam multa simul.

N.

Πέρδιξ, καὶ ἰξευτής.

Ἰξευτοῦ ἰχνὴ ἁλοῦσα πέρδιξ ἀρτάνη
Γουνεῖτο τοῦτον ἐκπολύειν μιν, εἰς πάγας
Προσάγειν ἀδελφὰς ἀγγυωμένη. ὁ δ᾽ ἔφη
Μᾶλλον θανῇ τεοὺς θέλουσα προδιδόναι.

Επιμύθιον.

Ἅπασ᾽ ἀπεχθής ἐστὶ μερόπεσι προδότης.

L.

Perdix, & Auceps.

Laqueo irretita macra Perdix Aucupis
Sinat vt abire se, rogat, pro hoc pollicens
Adducere in laqueos obesas hic, magis
Moriere ait, quòd prodere improba vis tuos.

Sensus fab.

Inuisus omnibus est hominibus proditor.

DVO



Να.

Κύνες, δύο.

Δηκτηρίῳ κυνὶ προσῆψε δεσπότης
Κώδωνα, κόμπαζεν ἐπὶ τούτῳ μέγ᾽ ὁ κύων
Τιμὴν οἴων, ἕτερος ἀποδείκνυσι κύων
Αὐτῷ τόδ᾽ αἰσχύνην, κλέος δ᾽ οὐδὲν φέρειν.

Ἐπιμύθιον.

Τίνες αἰσχρὰ πολλάκις νομίζουσιν κάλα.

LI.

Duo Canes.

Cani alligarat ab ære tintinnabulum
Mordaci herus, canis superbire, id putans
Honorem, At alter admonet falli Canis,
Docetq; honorem haud esse, at eße infamiam.

Sensus fab.

Turpes plerique res honestas iudicant.

N 6.

Χελιδών, καὶ κορώνη.

Περὶ κάλλεος ἐρίζον χελιδὼν, καὶ ὁμοῦ
Κορώνη, ἀμφωτέρωθε πολλ', εἶπεδ' ἀμέλει
Κορώνη, ἐπὶ τῷδε τὶ λόγων δεῖ ἔτι; μένει
Σὸν κάλλος ἦρι μόνον, τουμὸν χειμῶνί τε.

Ἐπιμύθιον.

Ἔμπεδον ἀβερβήλου προκριτέον ἀγαθόν.

L I I.

Cornix, & Hirundo.

Cornicem erat lis inter, atque Hirundinem
De forma, vtrinque dicta multa, denique
Cornicula, pluribus quid opus ad hoc? ait
Vere tua tantum forma, mea & hyeme manet.

Sensus fab.

Sunt praponenda qua manent, fluxis bonis.

VIDVA,

Νϛ.

Χῆρα, καὶ θεράπαιναι. (νίδας

Πρὸς ὀπὰς ἔγειρεν ἀλέκτορος θεραπαι-
Ἐπὶ τ᾽ ἔργα δεσπότις, πόνῳ λυπουμέναι
Αὗται ἀλέκτορα κτεῖναι ἔγνων, καὶ ἕλον,
Αὔξετο πόνος τε, πρὶν ἐξέγειρε γὰρ γυνή.

Ἐπιμύθιον.

Πολλάκ᾽ ἀποβαίνουσι παρὰ δόξαν μήδεα

LIII.

Vidua, & Ancillæ.

Galli ad sonum excitabat Ancillas Hera
Ad opera, pertæsæ laboris hæ simul
Galli necandi consilium ineunt, necant,
Labor additur, Hera enim excitabat antea.

Sensus fab.

Contra ac putes mala sæpe consilia cadunt.

CAS-

ΝΔ.

Κορυδαλὸς.

Κορυδαλὸς εἰς βρόχους ἁλοὺς θρηνῶν ἔφη,
Οἴμοι ταλαιπόρῳ, κακῇ γεγαῶτί τε
Μοίρᾳ ἵν' οὐ χρυσὸς κλαπεὶς, ἢ ἄλλό τι
Τίμιον, ἄταρ λύτθος κριθῆς κόκκος ὀλέκει.

Επιμύθιον.

Μικρὸν πόθ' ἕρμαιον μέγ' ἐπιβάλλει κακὸν.

LIIII.

Caſſita laqueo capta.

Implicita Caßita laqueo, lachrymans ait,
Heu me miſeram, & infauſto auem editã die,
Non aurum ego furata, taleve quippiam
Granum, ſed ordei perexiguum occidi.

Senſus fab.

Plerũque lucrum vile magnum infert malum.

PVLEX,

Nε.

Ψύλλα, καὶ ἄνθρωπος.

Ἀνδρὸς ἐπὶ ψύλλα τὶς ποτ᾽ ἀλλομένη (πόδα

Ἐκάθισ᾽, ὁδ᾽ ἡρακλέα κάλει οἱ σύμμαχον,

Ἐπεὶ δ᾽ ἀπῆλθ᾽, ὦ θεὸς ἔφη πῶς σ᾽ οὐκ ἐπὶ

Ψύλλῃ ἀλέξαντ᾽ ἐλπιῶ ἐπὶ μείζοσιν.

Ἐπιμύθιον.

Θεὸν οὐ θέμις καλεῖν ἐπ᾽ ἐλαχίστοις πάνυ.

L V.

Pulex, & Homo.

Inhæsit olim hominis pedi saliens Pulex
Vocat Herculem ille, ferat qui opem sibi, vt abijt
Proh Hercules si in Pulice, ait, mihi non opem
Tulisti, eam sperabo quî in maioribus?

Sensus fab.

Non fas Deũ in minimis vocare, sed vbi opus.

GRVES,

N ς.

Χῆνες, καὶ γέρανοι.

Χῆνες, γέρανοί τ' ἐπί τινος νέμονθ' ὁμοῦ
Λειμῶνος, ἦλθε θηρατὴς, γέρανοι τάχα
Κοῦφοι ἀπέπτησαν, πίονι δὲ σωμάτων
Μείναντες οἱ χῆνες βάρει, ἑαλώκασι.

Ἐπιμύθιον.

Πτὼξ φεύγει ἐν ληΐδι ἁλίσκεθ' ὁ πλούσιος.

LVI.

Grues, & Anseres.

Pascebat agmen & Gruum vnà, & Anserum
Eodem in loco, Venator his superuenit,
Leues statim auolant Grues, sed Anseres
Sunt captæ obesi onere morante corporis.

Sensus fab.

Fit præda diues, cum vrbs capitur inops fugit.

VIDVA,

Νζ.

Γυνὴ, καὶ ὄρνις.

Γυνή τις εἶχεν ὄρνιν οἷ ὁσημέραι
Τίκτουσαν ὠὸν, οἰομένη ὡς εἰ πλέον
Δῴοι κριθῶν δὶς τέξεται, τοῦτο δράσειν,
Πιμελῆς δὲ γενομένη τεκεῖν δυνάμεν' οὐδ'
ἅπαξ. Ἐπιμύθιον. (λίαν.
Ὀλέει τὸ παρὸν ὁ τὸ δ' αὐξάνειν σπεύδων

LVII.

Vidua, & Gallina.

Gallinam habebat Vidua singulo sibi
Ouum die dantem, rata hæc plus si ordei
Tribuat aui, duo parituram, id facit,
Facta auis obesa, vnum neque poterat dare.

Sensus fab.

Perdit qđ habet cumulare qui id nimiū studet.

N n.

Α᾽λώπηξ, καὶ μορμολύκιον.

Ε᾽λθοῦσ᾽ ἐς οἶκον ὑποκριτοῦ κερδώπο]ε,
Θεώρει ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν σκευῶν,
Θεασαμένη μορμολυκίου δὲ καλὸν κάρη,
Ω῏ οἷον εἶπ᾽ ἄτερ ἐστὶν ἐγκεφάλου κάρη.

Ε᾽πιμύθιον. (κες.
Πολλοὶ δέμας μεγαλοπρεπεῖς, ψυχῇ βλά-

LVIII.

Vulpes, & Larua.

Mimi domum olim ingressa Vulpes, singula
Dum perspicaci lustrat oculo forte ibi
Aspexit elegans caput Laruæ, atque ait
Spectans, ò quam pulchrũ caput cerebro caret.

Sensus fab.

Multi decoro corpore animo hebetes stupent.

RVSTI-

Νϑ.

Ἀγροικὸς, καὶ ὕλη.

Κώπην ἐῇ πελέκει ἐδεῖτο τὴν ὕλην
Ἀγροικὸς, ἀσμένως ὕλη κατένευσ', ὁ δὲ
Κώπην ἁρμόσας πελέκει αἶψα τὴν ὕλην
Ἔταμνε τῶθ', αὐτῆς ὕλη δόρῳ πέσεν.

Ἐπιμύθιον.

Ὅντινα ποτ' ἂν ποιεῖς ἀπαρχῆς σκεπτέον.

LIX.

Rusticus, & Sylua.

Capulum securi Rusticus petit suæ
Syluam, annuit libenter illa, Rusticus
Aptauit vbi capulum securi, eam statim
Cædit, suo sic sylua munere cecidit.

Sensus fab.

Videndum ab initio vbi beneficium loces.

ASINVS.

Ξ.

Ὄνος, καὶ δεσπότης.

Βλέψας, ὁ ὄνος τῷ δεσπότῃ πολυφίλτατον
Κυν', ὅτι οἱ κερκώπιζ', αὐτῆς μιν δοκῶν
Τιμῆς ἔσεσθαι τοῦ ποιούμενος ὧδε, δρᾷ,
Ὁ δὲ μιν πεπληγὼς αἶν' ἀπῶσε δεσπότης.

Ἐπιμύθιον.

πρὸς ἅπαντα πάντες οὐχ ὁμῶς πεφύκασιν

L X.

Asinus, & Herus.

Videns Asinus esse Hero in amoribus Canem
Quod plauderet ei, illo futurum se loco
Ratus, si id ipse faciat, aggreditur, Herus
Fuste aspero probe dolatum reijcit.

Sensus fab.

Non rebus omnes sunt pariter apti omnibus.

Ξα.

Κυύες δύο.

Δύο τις ἔχων κυύας δίδαξε μὲν ἕτερον
Θήρας διώκειν, τὸν ἕτερον δ' οἰκοφυλακεῖν.
Πρότερος ὀνείδιζ' ὅτι πονεῖ οὐδὲν, ὁδ' ἔφη
Μὴ ἐμ'; ἀλλὰ μέμφου ὅς οὐ δίδαξε, δεσπό
τlω. Ἐπιμύθιον.
Μεμπτοὶ γονεῖς εἰσ', ὐδὲν εἰ παῖδες ἔμαθον.

LXI.

Canes duo.

Duos habebat vir Canes, ſequi alterum
Docuit feras, ſeruareq́ alterum domum,
Prior reprehendit hunc, agat quod nihil, ait
Hic, me haud reprehende, at qui nihil docuit,
herum. *Senſus fab.*
Culpa eſt parentum, filij cum nil ſciunt.

IVP-

Ξ β.

Ζεὺς, καὶ αἰδώς.

Ζεὺς πλάσατ' ἀνθρώπους, καὶ αὐτοῖς πᾶ-
διάθεσις ἐπετίθη, μόνη αἰδὼς λάθεν (σάγις
Διὸ ὄχλου εἰσελθεῖν κέλευσ', ἣ δ' ὀ πρέπειν
Ἔφη, ἐσῆλθεν δ' ὁμολογοῦσ', ὡς οὐκ ἔρως.

Ἐπιμύθιον.

αἰδὼς πρέπεται ἀπονόσφι πᾶσ', ἔνθ' ἦν ἔρως.

LXII.

Iuppiter, & Pudor.

Formarat homines Iuppiter, & his inditus
Omnis erat affectus, sed exciderat Pudor,
Per turbam eum ingredi iubet, decere at hic
Negat, ingreditur hac lege tamē, absit vt amor.

Sensus fab.

Omnis recedit vbi fuerit amor, pudor.

IVP-

Ε γ.

Ζεὺς, ἑρμῆς, καὶ τεχνῖται.

Μέγας κέλευσε Ζεὺς τὸ ψεύδους φάρμακον
Ἅπασιν ἐγγυαλίξαι, ἑρμῆν τεχνίταις,
Μίσγει ὁδ' ἅπαν ἐνὶ δέπαϊ, πᾶσί τ' ἔδω
πιεῖν
Πίνουσ', ἁπάντων πολὺ πλέον νέατος σκυ-
τεύς.

Ἐπιμύθιον.

Πᾶς τεχνίτης ψεύστης μάλιστα δ' ὁ σκυτεύς.

LXIII. Iuppiter, Mercurius, & artifices.

Cratera daret artificibus mendacij
Ipsi imperauit Iuppiter Cyllenio
Totum ille miscet poculo, dehinc omnibus
Præbet, bibunt, sutor mage omnium vltimus.

Sensus fab.

Est omnis artifex mendax, sutor magis.

FOR-

Ξ δ.

Μύρμηξ.

Μύρμηξ ὁ νῦν πάλαι ἀνὴρ, ὃς οὔ ποτε
Παύετο γεωργῶν τὴν ἄρουραν, καὶ ἐχ ἑοῖς
Ἀρκούμενος συνέλεγ' ὁμοῦ ἀλλότρια, δρᾷ
Καὶ αὐτὸ νῦν τ' εἶδος ἀπὸ Διὸς ὧδ' ἀλλα-
γείς. Ἐπιμύθιον.

Κακὸς ἐντύχῃ πάσῃ ἀεὶ αὐτὸς ἔσεται.

LXIIII.

Formica.

Formica, quæ nunc, olim homo fuit, qui agri
Addictus vsque colendo erat, sed non suis
Contentus aliena ingerebat horreo,
In id ab Ioue animal versus idē, & nunc facit.

Sensus fab.

Fortuna in omni semper erit idem malus.

VIATOR,

Ξέ.

Ὁδοιπόρος, καὶ φρύγανα.

Ὁδοιπόρος κατὰ θῖν' ὁδεύων ἁλὸς ἴδεν
Νηχόμενα τηλόθεν φρύγανα, μεγάλην τε
Τὸ πρῶτον ᾠήθη, πάλιν πλοῖον, σχεδὸν (ναῦν
Ὡς δ' ἐγένετο, βαβαὶ Ζεὺς ἔφη πῶς ψευδό-
μην. Ἐπιμύθιον. (κες.
Πολλοὶ δοκοῦνται δεδαότες, τ' ἔτεον βλά-

LXV.

Viator, & sarmenta.

Quidam secus litus Viator habens iter
Sarmenta prospectans procul natantia,
Nauim est ratus primo, scapham mox, vbi prope
Fuere, proh Iuppiter ait, falsus quam eram.

Sensus fab.

Multos qui habentur docti, re inuenies rudes.

D LVPVS,

ΞϚ.

Λύκος, καὶ γυνή.

Περίει λύκος λιμῷ δαμεὶς ζητῶν τροφὴν,
Κλαίοντι γραῦ ἤκουσ᾽ ἀπειλοῦσαν βρέφει
Δώσειν λύκῳ, μίμνει ὅδ᾽, ἀπατᾶσθαι δ᾽ ἰδὼν
Ὦ ζεῦς, λέγουσ᾽ ὧδ᾽ ἄλλα, δρῶσί τ᾽ ἄλλ᾽, ἔφη.

Ἐπιμύθιον.

Πολλῶν τὰ πράττομεν᾽ οὐ συνάδουσιν λόγοις.

LXVI.

Lupus, & Fœmina.

Lustrabat arua quaritans cibum Lupus,
Flenti audijt puero minantem fœminam,
Lupo daturam, expectat is, ludi vt videt
Proh Dij ait, hic aliud aiunt, aliud agunt.

Sensus fab.

Plerunque dictis facta non consentiunt.

CVLEX,

Ξ ζ'.

Κώνωψ, καὶ λέων.

Κώνωψ πρὸς εἶπε λέοντα, σοῦ μ' οὐδεὶς ἔχει
Φόβος, οὐδὲ τ' ἀλεγίζω σέθεν, ἅματε θηρὸς εἰς
Ρ῾ίνας, ἐνέβαλ' ὀδὰξ, ξύεν ὄνυξ' αὐτὸν λέων,
Νικήσας, ὁδ' ἀποπτὰς ἀράχνης γένετ' ἔδαρ.

Ἐπιμύθιον.

Πολλάκις ἑλὼν μεγάλους ἀφαυροῦ ὑπὸ θά- (νεν.

LXVII. Culex, & Leo.

Culex Leoni ait, metu nullo tui
Premor, neque æstimo pili, simul & feræ
Nares petit, laniat Leo seipsum vnguibus,
Hic victor abiens mox arachnis fit cibus.

Sensus fab.

Plerunque magnos qui strauit, vili cadit.

Ξ η.

Λέων, καὶ ἀλώπηξ.

Γήραϊ δαμεὶς κατέσθιεν θήρας λέων,
Ὁπόσαι πρὸς αὐτὸν ἂν ἦλθον ἀσπασμοῦ
χάριν,
Τηλόθε μιν ἀσπάζεται ἀλώπηξ, τ᾽ αἴτιον
Εἰρομένου, οὐδὲν ἔφη ὁρῶ ἴχνος ὄπιθεν.

Ἐπιμύθιον.

Προνοεῖ σοφὸς κίνδυνα, καὶ ἀλεείνει πύκα.

LXVIII. Leo ſenex, & Vulpes.

Feras vorabat iam ſenex factus Leo,
Quacunque gratia eò viſendi accederent,
Vulpecula viſit ſtans procul, rogata cur,
Nullum inquit, aſpicio retro veſtigium.

Senſus fab.

Sapiens pericula prouidet caute, & fugit.

ASEL-

Ξ θ.

Ὄνος, ἀλώπηξ, λέων.

Πορδαλιμένων ἅμα τοῦ ὄνου, καὶ ἀλώπεκος
Ἀντᾶ λέων, κερδὼ παρ' οἱ δώσειν ὄνον
ςέ̃ται, ὅπως μιν ἀπολύει, ὄνος δ' εἰς βρόχους
Ἀπάγει, ὁ δὲ προτέρην μιν ἐλάφυξεν λέων.

Ἐπιμύθιον.

προδοὺς φίλον πολλάκις ἅμ' αὐτὸς ὄλλυται.

L XI X.

Asellus, Vulpes, Leo.

Asellus, & Vulpes habebant vna iter,
Fit obuius Leo, hæc paciscitur se ei
Tradere Asinū, ipsam vt seruet, in laqueosq́; eū
Adducit, illam tunc prius laniat Leo.

Sensus fab.

Prodit qui amicum sæpe & ipse simul perit.

Ο'.

Ζεὺς, καὶ χελώνη.

Ὁπόσ' ἥλιος ἐπιδέρκεται ἅπαντα Ζεὺς
Καλέσατο ζῶα πρὸς γάμους, ὀψὲ δὲ μία
Χελώνη ἦλθε, πυνθάνεται αἴτιον ὁ Ζεὺς,
Ἡ δ' εἶπ', ἀγαθὴ ἑστία, φιλίστη ἑστία.

Ἐπιμύθιον.

Οἴκοι λιτῶς λῷον, ἢ ἄλλῃ ζῆν καλῶς.

LXX.

Iuppiter, & Cochlea.

Sub Sole quicquid viuit omne Iuppiter
Ad nuptias vocarat, vna serior
Venit Cochlea: causam hic rogat, Cochlea refert,
Lares mihi carißimi, optimi lares.

Sensus fab.

Viuere domi parce, quàm alibi laute malis.

FVRES,

Οά.

Κλέπται, καὶ ἀλεκτρυών.

Κλέπται τιν' οἰκίαν ἐσελθόντες μόνον
Τὸν ἀλέκτορ' εὗρον, ὃς δὲ λυθῆναι ἐδέετο
Λέγων βροτοὺς πρὸς ἔργ' ἐγείροντ' ὠφελεῖν
Οἶδ', ὀλέκομεν μᾶλλον, τόδε γὰρ ἡμῖν βλά-
βος. Ἐπιμύθιον.

Ἅπερ ἀγαθοῖς χάρμ', ἐςὶ τοῖς κακοῖς λύπη.

LXXI.

Fures, & Gallus.

Fures domum ingreßi nihil, Gallum niſi
Offenderant, miſſum ille ſe vt faciant, rogat,
Prodeſſe multum, homines quòd ad opera excitet,
Illi, hoc magis moriere, nam id nobis nocet.

Senſus fab.

Inimica ſunt malis, quibus gaudent boni.

ΟΒ΄.

Κορώνη, καὶ ὁδοιπόροι.

Κόρακι φθονήσασ' ἡ κορώνη διὰ τ' ἔχειν
Οἰωνὸν αὐτὸν, ἰδοῦσα παριόντας τινας
Ἧκεν ἐπὶ δένδρον, καὶ ἔκραξ', οἳ δ' αὖ πάνυ
Ῥίγησαν, ὡς δὲ ἴδον, ἔθηκαν ἐν οὐδενὶ.

Ἐπιμύθιον.

Οὐκ ἀνταγωνιστῇ ἴσος γελάσεαι.

LXXII.

Cornix, & Viatores.

Coruo inuidens Cornix quòd auguriũ habeat,
Vt conspicata transeuntes arborem
Ascendit, & crocitat, vehementer territi
Qui aderant, videntes mox eam, curant nihil.

Sensus fab.

Par sis ni ei qui cum certes, risum excites.

CAN-

Θγʹ.

Καρκῖνος, καὶ ἀλώπηξ.

Θαλάσσης ἐξιὼν ἀλᾶτ᾽ ἀκτὴν νέμων
Καρκῖνος, ἥδε κερδὼ ἥρπασ᾽ ὡς φάγοι,
Ὁ δ᾽ αὖ ἔφη, θνήξων, μοι ἀξίως τάδ᾽, ὅς
Χερσαῖος ἤθελον εἶναι, ὢν θαλάσσιος.

Ἐπιμύθιον.

(πει.
Προλιποῦσ᾽ ἑὰς τέχνας κακὸν καλῶς πρέ

LXXIII.

Cancer, & Vulpes.

Cancer mari egressus vagabatur foris
Pascens, fame Vulpes furens rapit, vt edat,
Hic deuorandus iam iam, ait, merito hac mihi,
Qui animans maris cũ sim, esse terrestre volui.

Sensus fab.

Artes suas qui deserunt, mala hos decent.

Ὠδ.

Ἁλιεὺς, καὶ πρόσοικος ποταμοῦ.

Ἁλιεύς τις ἐν ποταμῷ βάλεν τὰ δίκτυα,
καὶ ῥεῦμα πάντῃ περιλαβὼν τύπτεν θ' ὕδωρ,
Πρόσοικος ὕδωρ μέμφεται θολοῦνθ', ὁ δ' ἦ
Ἀλλ' εἰ μὴ ὧδε δρῶ, ἐμὲ ὁ λιμὸς ὀλέσει.

Ἐπιμύθιον.

Κυκᾷ ποτ' ἄρχων πόλιν, εἰ αὐτῷ συμφέρει.

LXXIIII.

Piſcator, & Accola fluminis.

Piſcator in fluuio tetendit retia,
Complexus vndique amnem aquas diuerberat,
Reprehendit incola, turbet vndas quòd ſibi, hic
Ait, at niſi id faciam, ipſe conficiar fame.

Senſus fab.

Rem agat vt ſuam, vrbes ſæpe turbat, qui regit.

AGRI-

Ο ξ.

Γεοργὸς, καὶ τύχη.

Σκάπτων γεωργὸς τις ἐπέκυρσε χρυσίῳ,
Ὁ δ᾽ ἄγρῳ εἰδὼς τοῦδε χάριν, αὐτὸν στέφει,
Τῷδ᾽, ἡ τύχη δῶρόν τ᾽ ἐμὸν γῇ προστίθεις
Νῦν, εἰδ᾽ ἀπολλύσεις, τότ᾽ ἐμὲ μέμψῃ τάλαν.

Ἐπιμύθιον.

Εὐεργετοῦν τ᾽ αὐτῷ δεῖ εἰδέναι χάριν.

LXXV.

Agricola, & Fortuna.

Dum sarculo agrum findit Agricola, incidit
In aurum, id acceptum is refert agro, atq; eum
Coronat, huic Fortuna ait, tribuis meum
Munus tu agro, at si amiseris, mihi id miser.

Sensus fab.

Nosce meritum bene, atque gratiam huic refer.

Οϛ´.

Ἀλκύων, καὶ θάλασσα.

Ἀνδρῶν φόβῳ νεοττοποίησ᾽ ἀλκύων
Ἐν ὑγρῇ, αὐτῆς δέ ποτ᾽ ἀπούσης ὕδατα
Καλιὰν κάλυψεν, ἡδὲ νοστήσασα φεῦ
Πῶ δ᾽ ἀλαβοῦσ᾽ ἦλθον ἔφη ἐς ἀπιστοτέραν.

Ἐπιμύθιον.

Ἐχθροῦ χερείων ἐστίποτε κακὸς φίλος.

LXXVI.

Alcedo, & Mare.

Hominum metu Alcedo in mari nidũ locat,
Paritq́; , & illa absente mox nidum obruunt
Vndæ, hæc reuersa, pro me ait miseram, cauens
Terræ dolos, confugi ad infidum magis.

Sensus fab.

Peior inimico sæpe amicus est malus.

RANAE

οζ.

Βάτραχοι δύο.

Ἔναιον ἀλλήλοις δύ' ἐγγὺς βάτραχοι.
εἷς μὲν ἐν ὁδοῦ τενάγει, ὁ δ' ἐν λίμνῃ πέλας.
Οὗτος παρῄνει ἐς ἀσφαλεστέραν ἰέναι
Λίμνην, ἀπεῖπεν, ἅρμα δ' ἀποδραμὸν ἔτριβεν.

Ἐπιμύθιον.

Μάρπτειν φθάνει κὴρ πρὶν διορθοῦσθαι, κακόν.

LXXVII.

Ranæ duæ.

Ranæ prope habitabant duæ, altera in luto
Viæ, altera in palude proxima, hæc monet
Illam recipiat, vt in paludem sese, ibi
Fore tutius, negat, venit currus, terit.

Sensus fab.

Mors opprimit malum, antequam se corrigat.

AEthiops.

Ο η.

Αἴθιοψ, καὶ ἀγοραστής.

Ὠνήσατ' αἰθίοπά τις αὐτῷ χρόα δοκῶν
Τοῖον ἀμελεία τοῦ πάρος κεκτημένου
οἴκαδ' ἀπάγει, πολλάκι λοεῖ, ἀλλ' οὐδὲ γρῦ,
Ποίησ', ἀτὰρ νόσον ἔτεκεν δεινὴν πόνος.

Ἐπιμύθιον.

Τὰ φύσει ἐνόντα τέχνῃ οὐ μέταβάλλεται.

LXXVIII.

Aethiops, & emptor.

Aethiopē emit quidam, colorē eum huic ratus
Heri prioris inesse negligentia,
Ducit domum, atque sapius lauat, tamen
Nil proficit, morbum at peperit acrem labor.

Sensus fab.

Natura quod dedit, arte non mutabitur.

DVO

Ο θ.

Ὁδοιπόροι δύο.

Δύ᾽ ὥδευόν τινες ἅμ᾽, ἕτερος εὗρον ἀξίνη

Πέλεκυν, ὁ κοινόπους λέγειν πεῖθ᾽ εὕρομεν,

Λάβρης δὲ δεσπότου διώκοντος αὖ, ἔφη

᾽πολώλαμεν, ὁ δ᾽ εἶπεν ἀπόλωλά τε νῦν

λέγε. Ἐπιμύθιον.

μὴ ἀγαθῶν μετέχων θέλει οὐδένυ κακῶν.

LXXIX.

Duo Viatores.

Iter vnà habebant duo, securim inueni, ait
Alter, comes, dicat vt inuenimus, monet,
Domino insequente mox securis, periimus
Ille inquit, hic dic perij ait, non periimus.

Sensus fab.

Qui haud particeps boni est, neq; esse volet mali.

VENE-

Π.

Γυνὴ μάγος, καὶ τις ἄνθρωπος.

Ὀργὰς θεῶν τις μάγος ἐπηγγέλετο γυνὴ
Ἀποτρέπειν, ἐνθένδε πολλὰ φερομένη,
ἑάλω, ἰδὼν δέ τις εἰς θάνατον ἀπαγομένην.
Ἀδυνατος ἔφη ἀνδρῶν, ἐπαγγείλου θεῶν.

Ἐπιμύθιον.

Πολλοὶ τελοῦσ' οὐδὲν μεγάλ' ὑπισχνέμενοι.

LXXX.

Venefica, & quidam.

Mulier venefica iram Deûm se auertere
Iactabat, inde plurimum faciens lucri,
Fit rea, trahi quam homo ad crucẽ videns, ait
Hominem haud fuit mutare pollicitam Deum?

Sensus fab.

Plerique magna promittunt, praestant nihil.

BVTA-

Π α.

Βούταλις, καὶ νυκτερίς.

Βούταλις ἀπό τινος ἄωρτο τείχους, νυκτερὶς
Ἐπύθετ' ἐφ' ὧ νύκτωρ ἀείδει, ἡμέρας
Σιγᾷ, ἔφη, ἑάλων ποτ' ἄδουσ' ἡμέρας;
Ἡ δ' εἶπε, δρᾶν πρὶν ἁλῶναι ταῦτ' ἔδει.

Ἐπιμύθιον.

Κενὴ ἡ εὐλάβεια ὅταν ἄτην λάβῃς.

LXXXI.

Butalis, & Veſpertilio.

Pariete pendentem Heſperus auis Butalim
Rogat, diem cur ſileat, & noctem canat,
Id facio ait, quia capta ſum die canens,
Alter, erat ait, hoc antequam caperere, opus.

Senſus fab.

Accepta poſt damna eſt inanis cautio.

SVS,

Π β.

Ὗς, καὶ κύων.

Ὗς, καὶ κύων ἤριζον εὐτοκίας πέρι,
Τίθ' ἡ κύων ζώων ἔφη μάλιστ' ἐγὼ
Εἶμ' εὔτοκος, καὶ ἡ ὗς εἶπ' ἀλλ' ὦ ἀγαθὴ
μέμνησο, καὶ τυφλά γέ σε τίκτειν σκυλάκια.

Ἐπιμύθιον.

Οὐκ ἐξ ἀριθμοῦ κρῖν', ἀτὰρ τελειώσεως.

LXXXII.

Sus, & Canis.

Suem inter, & Canem fuit contentio
De munere alui, tunc canis fœcundior
Sum animantiũ ipsa ait, sed heus tu, sus refert,
Memento cæcos te tamen catulos dare.

Sensus fab.

Non numero, at ex perfectione iudices.

CER-

Π γ.

Ἔλαφος, καὶ ναύτης.

Ἔλαφός τις ἑτερόφθαλμος ἐπὶ θῖν' ἐνέμετο
Πρὸς γῆν ἔχουσα τὸν ὑγιᾶ, κυνηγέτας
Ὅθεν δέδοικ' ὀφθαλμόν, ἕτερον δὲ πρὸς ἅλα
Ὅθεν οὐδὲν, ἄταρ ἐνθένδ' ἔπεφνε ναυτίλος.

Ἐπιμύθιον.

Πολλάκ' ἀποβαίνουσι κακ' ὁπόθεν οὐδὲν δέος.

LXXXIII.

Cerua, & Nauta.

Cerua altero oculo capta pascebat secus
Litus, oculo sano apta, venantum dolos
Timebat vnde, ad terram, & altero ad mare,
Ex quo nihil, tamen hinc manu Nauta cadit.

Sensus fab.

Sæpe vnde non sperantur, eueniunt mala.

ASEL-

Π δ.

Ὄνος, καὶ ἵππος.

Ὁ ὄνος τὸν ἵππον ἐμακάριζεν ἀφθόνως
Τραφένϑ᾽ ἰδὼν, καὶ ἄμορον ὄντα τῶν πόνων
Πολέμου δ᾽ ἐπιγινομένου βλέπων εἰς πολε-
μίων
Μὶν στιχὰς ἐλαστάμενον θανεῖν, δίξ᾽ οἱ τά-
λαν. Ἐπιμύθιον.

Μάκαρ δοκεῖ, οὐκ ἐστὶν ὀρχάμων βίος.

LXXXIIII. Asellus, & Equus.

Beatum Asellus arbitrabatur esse Equum
Ali videns laute, laboreq; vacuum,
Bello coorto mox videt vbi in hostium
Turmas agi, ibiq; cadere, tunc visus miser.

Sensus fab.

Videtur, haud est vita fœlix Principum.

APER,

Πε.

Κάπρος, καὶ ἀλώπηξ.

Ἔθηγε πρὸς δένδρεον, ὀδόντας κάπριος,
Πυνθάνετ᾽ ἀλώπηξ τί μὴ ἐπειγομένου τίνος
Exuuiasq; manu direptas alligat alta
Ceruici, exiliens mox littore, corpora ponto
Credidit vsque viā pergens splendentia contra
Lumina, et ipse sibi est remex, est nauita, classis,
Ast Hero ætheria, qua lumen desuper arce
Prætendit, rapidi quaspirant flamina venti,
Veste tegit, lychno defendens flabra, Leander
Tuta quoad lassus conscendit littora Sesti (lum
Inq; suā hūc duxit Turrim, atq. in limine anhe
Spōsum vlnis cōplexa silens, iā tumq; fluentem
Aequoreis spumis, & salso rore, repostum
Virginei in thalami duxit penetrale, madēsq;
Detersit corpus, roseoq; nitentia oliuo
Perduxit membra, & pelagi repreßit odorem.
Mox sponsum cupide complexa cubilibus altis
Tum quoq; anhelantē dulces dedit ore loquelas.

Sponse

Spōse tuus labor ingēs, qualē, haud alter iniret,
Sponse tuus labor ingens, salsa tibi satis vnda,
Squameus, & fœtor resonātis maxima Pontis.
Hoc depone tuos gremio mi sponse labores:
Dixerat hæc Hero, soluit q; hic vincula Zonæ
Protinus, & sacræ subierunt iura Cytheræ.
Sed caruit choreis Hymen, & lectulus hymno,
Coniugium sacro cecinit non carmine Vates,
Nullius thalamo fulserunt lumina tædæ,
Non alacris quisquā mouit vaga corpora saltu,
Non hymen de more sacrum cecinere parentes,
Puluinar sponsæ strauere silentia, in horis
Coniugij, sponsam q; ornauit noctis imago:
Nox erat ipsa quidē illis pronuba, nec potis vnq̄
Sponsum Aurora fuit molli deprehēdere lecto,
Rursus enim aduersi ad populos enabat Abydi
Noctis adhuc spirans non expletus hymenæos,
Hæc q; suos Hero cælabat cuncta parentes,
Per lucem virgo, mulier nocturna, sed ambo
Sæpe simul spectare diem optauere cadentem:
Sic illi magnum cælantes impetum Amoris
Mutua furtiua Veneris clam gaudia inibant,
Attamen exiguo vixerunt tempore, longum
Multiuagos nec posse datū exercere hymenæos.
Nam gelidæ vt primū venerūt frigora brumæ,
Horrēdas quæ hyemes rapido cū turbine miscet,
Sedibus ex imis mare, fundamenta q; venti
Sæua procellosi spirantes flabra ruebant,
Vndi q; vorticibus pulsantes æquor, & inter
Hæc hyemē emissā, infidū & fugiēs mare, pup-
Iam piceam ancipiti collisit nauita terra, (pim

Sed te nō pelagi, atque hyemis generose Leāder
Detinuit timor, è celsa sed nuncius Arce
Ad consueta vocans te munia luce hymenai
Impulit insanum fastu contemnere Pontum,
Ferreus ille quidē, atque infidus, debuit autem
Dum superaret hyems, Hero caruisse Leandro
Nequaquam accendens perituri sydera lecti:
Verum Amor, & fatū traxit crudele, facemq.
Nescia fatalem accendit, non lumē Amorum.
Nox erat, horridius cum feruent æquora ventis,
Dira procellosis qui miscent pralia flabris,
Cum fremituq. ruunt effusi ad littora, magno
Tunc desiderio flagrans Leander Amantis
Ad resonos properabat, & æquoreos hymenæos,
Iā fluctū fluctus pellit, fit magnus aqua mons,
Et mare miscetur Cœlo, quatit vndique terras
Ventorum pugna, Zephyro contrarius Eurus
Spirat, & in Boreā minitādo fulminat Auster,
Et tonat æquoreæ fragor haud superabilis vndæ:
At miser in rapido Leander vortice supplex
Sæpius æquoreæ suspendit vota Cytheræ,
Et dominum pelagi Neptunum sæpe fatigat
Vocibus, & raptæ desertorem Orithiæ.
Nō tamē ullus opē tulit, et iā haud fata morari
Quiuit amor, tumidi rapiūt nāq. vndique flu-
Iactatūq. ferunt, defecit fracta pedū uis, (ctus,
Iā manuum ualidæ nequeunt subsistere uires,
Guttur & effusi subiit uis plurima Ponti,
Tristiaq. insani salis hausit pocula, ventus
Crudeli infidū iam extinxit flamine lychnum,
Atque animā miseri simul, ardoremq. Leādri:

At dum

At dū hic naret adhuc oculis uigilātibus Hero,
Semper ſpinoſo curarum fluctuat aſtu,
Vt lux alma data eſt, nec ſponſum conſpicit illa,
Vndique proſpectum vaſto petit æquore, ſi qua
Iactatum pelagi videat perſalſa maritum. (tē
At mox lychno extincto, ut Turris ad ima carē-
Luce uirum aſpexit, perfractos cautibus artus,
Purpuream tenero diſcindens pectore pallam
Cum gemitu æthereа ſe preceps miſit ab arce,
Et ſuper extincto conſumpſit fata marito,
Suntque etiam extremo coniuncti in funere
Amantes.

EPITAPH. MVSÆI EX GRAECO.

CARAM habet Eumolpi ſobolem Phalerica terra
Muſæum, extincto corpore in hoc tumulo.

GALEO-

GALEOMYOMACHIA,

IDEST,

FELIS, ET MVRIVM PVGNA

INCERTI AVTORIS,

Latinis verſibus è Græco conuerſa

A FABIO PAVLINO VTINENSI.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,

Apud Hæredes Franciſci Ziletti.

M D LXXXVII.

AD ILLVSTRISS. VIRVM IVSTINIANVM IVSTINIANVM, Senatorem amplissimum.

FABIVS PAVLINVS.

GRAVE *est onus homini pudenti, & grato, præclaro alicui viro plurimum debere, præsertim si nulla, aut pertenuis spes ostenditur fore, vt parem, aut aliquam omnino aliquando possit illi gratiam referre, quare non iniuria sapientiss. Socrates ad Archelaum* Regem *accedere recusauit, cũ diceret nolle se illius beneficijs auctiorẽ fieri, cui par pari reddere posse desperaret, sed unicum solet esse in hac cura solatium, si testatum apud omnes*

homines

homines, & beneficum præsertim illum Virum possit relinquere grati animi memoriam, & referendæ gratiæ voluntatem, qua vna contenti sunt magni Viri; satis enim (vt dixit Cicero) gratiam qui habet, in eo ipso quòd habet, refert. Id mihi vsu uenit in te Illustriß. IVSTINIANE, cuius ego officijs tantum me esse deuinctum fateor, vt nulla sit reliqua spes vllo me tempore exoluendi. Tu enim (vt omittam nunc quod commune mihi est cum Patria, quam cum illi præeras ita optimis firmasti institutis, ita moderatus es, vt illius beneficij memoriæ nulla vnquam allatura sit finem ætas) me singillatim in clientelam, & fidem tuam receptum meis temporibus adiuuisti, Tu princeps, & autor meæ salutis fuisti, Tu me ab his fluctibus, & procellis quasi diuina manu eduxisti, quæ ex alto coortæ in meum caput redundantes profecto cum summa rerum omnium iactura obruissent, nisi fluctuanti iam mihi humanitatis tuæ, & præsidij lumen affulsisset. Nouo igitur generi meritorum

nouum

nouum opusculum nunquam alias (quòd sciam) Latine locutum Galeomyomachiam ab incerto auctore ad Homeri imitationem conscriptum, merito deberi visum est, ad testificandam non nouam, sed veterem Paulinorum omnium in te obseruantiæ magnitudinem. Tu pro tua humanitate munusculum non aspernare, & perlectum cum tibi summæ tuę, & grauißimæ occupationes, aliquid temporis impartient Marco filiolo tuo maxima summę virtutis spe puero, quem Vtini natum nos omnes Vtinenses singularem nobis olim futurum patronum auguramur, donabis, vt ludicri poematis delectatione delinitus ad studia fiat alacrior. Vale, & me in tuorum esse numero non recuses. Ven. Id. Oct. ∞ IↃ XXCVII.

ARGV-

GALEOMYOMACHIAE
Argumentum.

CVM Muribus imperaret quidã nomine Creillus, qui in Cauerna quadam tenebricosa, & vndique circumsepta commorabatur, & Feles cursim hinc, & inde excurrẽs circumspiceret, huiusq; de more cursum indagaret, Creillus cum assiduam huius obseruationem ferre æquo animo nõ posset, cognatum conuenit, qui Tyroclopi sibi dignitatem vindicabat, & hoc consiliario vsus, quo pacto posset eam profligare, bellum illi atrox inferre decreuerunt, & cum plurimorum Murium turmas, vterque congregassent, & has admonuissent, & vehementer essent cohortati, vnanimiter statim aduersus eam contenderunt, & cum vtrinque essent collata signa, Feles Creilli filium vnguibus apprehensum crudeliter dilaniauit, & continuo adolescentulum deuorauit. Nuncius Murium cum vidisset hoc factum, statim ad Creilli vxorem reuersus est acerbissimum dilectissimi filij interitum renuncians. Ab his autem cum diu esset pugnatum, lignum carie, & putredine confectum decidens ex altissimis tectis neruos Feli confregit, pugnæq; victoriam Mures reportarunt.

GALEO-

GALEOMYOMACHIA,

Ideſt, Felis & Murium pugna.

PERSONAE FABVLAE.

Creillus, Tyroclopus, Præco, Chorus Pediſſequarum, Vxor Creilli, Nuncius.
Prior loquitur Creillus.

F. Paulinus vertebat adoleſcens.

QVIDNAM ſodales hi diu fortiſsimi
Cauis moramur continenter abditi,
Fracti animo, & alta pallidi formidine,
Vitamq; noſtram viuimus miſerrime,
Oculos nec antrum audemus extra ponere,
Et maximo pleni metu miſerabiles
Tenebricoſis miſerum in antris ſpiritum
Ducimus, vt in ſatellitum cuſtodijs
Poſiti, atque curſum ætatis omne credimus
Nocte eſſe perpetuā, horridaq; vmbrā necis,
Vt mentis alta conditos caligine,
Tenebricoſumq; incolentes Ponticum
Sex menſibus terra vmbra Cimmerios tegit.
Ty. Velimus, aut nolimus, his latere opus
Cauis, ſi enim audacter, tu vt inquis, egredi
Animus ferat, rapidoq; curſu excurrere,
Diſcrimen ocyus ſubiremus graue,
Præq; exploratam oculis videremus necem.

Altaq.

Altaq; mersas nocte Plutonis domos
Hæc nostra sumeret temeritas præmium.
Cr. Discrimen ergo quî, vt tu ais, subibimus,
Et vita fatum viderit miserrimum?
Ty. Horrentibus statim ò Creille faucibus
Rapacis arrepti hostis, instructa dolis.
Cr. Quanā hæc sodes? cælare nos hoc haud velis
Nō facile enim quæ isthæc sit hostis, auguror.
Ty. Immanis est, felē vocant quā homines, fera,
Assidua enim lustrum hoc premit custodia,
Mures & extrahit astu, odoraq; vt canis
Leporū vaga hinc, quæritat, & hinc vestigia,
Nos haud secus fraudes, dolosq. comparans,
Indagat hæc, oculata tanquam Lynceus.
Cr. Noui hāc, tua expressit quā ad unguē oratio,
Nam ætate florida, & virenti filiam
Lychnoglyphem dico mihi charissimam,
Misere (hei mihi) laniauit ante oculos patris.
Ty. Meosque amores filiam Cordocopum,
Mihique gratum Sitodarpem amabilem,
Ad vindicandam qui sororem venerat.
Cr. Cur ergo cunctamur velut muliercula,
Carissimosq. sic neci patimur dari.
Ty. Verum remedi nam quid afferri potest?
Cr. Videndum inexpleta vt resistamus fera,
Et persequenda mortuorum acerba nex.
Ty. Quonam modo? sis explica planissime.
Cr. Bellum instruamus cōtra eā intrepide nouū.
Ty. Metuo, perhorreoque ne laniati ab hac
Omnes quoque & nos deuoremur illico,
Felisque præda simus, heu miseri, noua.
In

Cr. In mortuorum & hoc agendum gratiam
Subito, te enim haud fugit cani à scriptori-
Et tolli ad astra, qui pro amico, affinibus, (bus,
Natis, sororibus, propinquis, patribus,
Mortem oppetentes clarũ adepti sunt decus.
Ty. Scio omnia hæc, verũtamen nimis graue est
Sic linquere hoc lucis theatrum candida,
Cæcoque mortuos sepulchro contegi.
Cr. Ecquid scis an nobis detur victoribus
Esse, atque acerbæ illam neci dimittere?
Ty. Quonam modo ô frater? palã face id mihi.
Cr. Statarium cum illa ineuntes prælium.
Ty. Conferre signa clanculum satius puto.
Cr. Quid interest latenter hoc accedere?
Ty. Si enim ante nouerit, doli na aliquid struet,
Committat opportune vt ipsa prælium,
Paretque copias sibi auxiliarias,
Et signa conferens trophæum olli erigat,
Cohorte nostra profligata, ac perdita.
Cr. Similiq. nos commilitonum aciem modo
Paremus auxilio, velut consueuimus.
Ty. Mente excidit bellum, antea quod gessimus
Cum Felibus, Mustellisq. coniunctis simul.
Vt optima auxiliarium affuit manus?
Cr. Memini vt teterrimam videbamus necem
Fratrum, propinquorumque, prolis, et patrũ,
Parum et abfuit quin nos periremus quoque.
Ty. Pereamus et ne nũc metu haud paruo pmor.
Cr. Non si deorum haud vana sunt insomnia:
Spem abijcio prorsus, insomnijs enim.
Ty. Quod ergo quod vidisti aperte insomnium?
Cr. Visus

Cr. Visus mihi ipse est per quietem Iuppiter,
Animosq. magnos addidit in pectore,
Bonoque me esse animo imperãs, vinces, ait.
Ty. Sed cuinã erat similis? sodes dicas quoq. hoc.
Cr. Pol Tyrolicha prouido, & cato seni.
Ty. Quî non tibi se aliàs videndum præbuit?
Cr. Metu, & meis uictus minis tandem adfuit.
Ty. Quasnam minas propo uisti illi Polum
Tenenti, apudque glorianti cælites
Se appensurum Polo catenam maximam,
Et educturum omnes manu fortißima.
Cr. Annoq; in hoc sum ei minatus plurima,
Meæ illi enim cum exponerem vitæ modum,
Vt abditus misere reducto in angulo,
Semper sim egens lucis, tenebrisq. obruar,
Metu & premar graui, et maxima horream
Pleram molestia, atque sordidam feram,
Plorabam, & eiulabam, & angebar nimis,
Meas q; cædebam, vnguibus secans genas,
Probra ingerens Ioui Deorum maximo,
Et addidi ira impulsus ad suspiria
Minas grauißimas, ei incutiens metum.
Ty. Quid autẽ ei es minatus? explica hoc quoq;.
Cr. Quod, ni mihi faustam annuat victoriam.
Mihiq; det athletã esse quam fortißimum,
Statim eius ad templum profectus, victima
Vbi sunt, eas vertam in cibarium aluei.
Ty. Et ego comes vnà cum vxore, liberisq; ero.
Sed fabula hac, nugæq; sunt meræ, vt reor.
Cr. Ita est profecto, concionemq; eò omnium
Dudum aduocare cogitabam Murium.

Non

Ty Non nunc, opus nobis enim hoc iter prius
Vt subtrahamus colla cæca, ac sordidæ
Vitæ, à metuq. vindicemur Felium.
Mures quidem omnes cõuocandi sunt modo,
Orationeque excitandi sunt prius.
Vt spiritus habere præclaros velint,
Et institutis mox ducibus exercitus,
Centurionibus, atque præfectis, uelut
Decet, vnà et hastatis, Cataphracto et graui,
Eamus instructi ad gerendum prælium.
Tr. Bene quidem, sapienter & narras, & ex
Summia (senectæ munus hoc) prudentia.
Eat igitur Præco, atque Mures conuocet.
Pr. Collecti en adsunt tibi duces hic Murium,
Tuáque sunt iam constituti in Curia.
Tr. Ego quidem ò amica, fortis & cohors,
Dicto parens, tractabilisq. iam diu,
Multam uidens antiquiorum ignauiam,
Animosq. fractos, seruitutem & sordidam,
Et quam recessibus latentes intimis
Animo haud fuisse magno, inausa & omnia
Liquisse, sedentes qui ut ægri, & languidi
Timuere cum inimicis inire prælium.
Audaciter mouere bella cogito:
Etenim haud decere sum arbitratus uiribus
Præstantem, et his tot imperantem millibus,
Pompaq; qui ducor, canorq. plausibus,
Metu teneri ne cauis pedem efferam.
Sed uerba vos excipite alacriter mea,
Claris vt oriundi estis ex parentibus,
In partem & undequaque uenientes mali

Eorum, ad ea, quæ sunt agenda non pigri
Sitis, mora absit omnis o fortißimi,
Omnesque quam celerrime diuina gens
Murum, intrepide in aciē nouam descēdite,
Meum æmulantes robur, ac potentiam.
Nam ego haud fui vnquam segnis in bello, aut piger:
Sed (vera narro equidē) vsq; ab ætate tenera
Assueui obire fortiter munia ducis,
Impreßiones prorsus omnes sustinens.
Ab vtero enim illustri ortus ex prosapia,
(Vt scitis omnes vndique hæc vulgata, quod
Virtute, & ingeni simul præstantia
Mei parentes magnum adepti sint decus,
De Chartodaptis quos vocant vulgo, loquor)
Laboris exortem agere vitam nolui, at
Quæcunque militarem ad artem maxime
Spectant, dedi me his tenera ab adolescētia,
Tractare contum didici, & ensem gnauiter,
Scutumque, equū insilire, mille dehinc modis
Flectere, ferire commode hostem ictu graui,
Intendere arcum, telaq. sciens mittere,
Demumque in omni sum palæstra bellicæ
Versatus artis, milites vt cæteri,
Et plurimis cum victor in bellis forem,
Multasq gentes mihi mea arte ostenderem
Parere, sum imperio potitus Murium,
Ex omnibus dignior habitus, & fortior.
Nunc igitur esse censui turpißimum
Me me Iouis Tonantis æmulū, & Rheæ (mal.
Horrere quoddā paruulum, ac sordidū ani-

Quare

Quare impero vobis mihi ò charissimi
Omnes in aciem pralij concurrere
Fortiter, & audacter, animo magno, & ala-
Verum ista mox. sedes petat qui vis suas (cri,
Aurora crastinum cum aperiet mox diem.
Mouere milites alacriter hac volo,
Summa videtur enim ita conducere rei.
y. Quoniam ergo sedes quilibet petijt suas,
Et tempus est iam membra deponi thoris,
Ego quoque hinc abiens thorũ repetã meum.
r. Bene locutus es, ergo sic facere est opus.
). Heu quis dolor, me nũc habet, et angit nimis
Proh Iuppiter, quid hac sibi vult, nam dies.
Nostro pericli plena stat sententia
Regi, gerere cum Fele pralium palam.
Nam suspicor cum copijs eum omnibus
Læto datũ iri almũ, & relicturũ hoc iubar:
Vates Apollo caste, Phœbe, Loxia,
Quid hoc, quid hoc. heu heu. papæ, heu inq;
Heu proh dolor, proh labor miserabilis, (mihi,
Ah ah, heu eheu, ò temere, ò factum male.
Virtute bellum forsitan vincet sua,
Nouum, nouum quid, maius & narras fide.
Sed maximo vt placet Ioui, sic res cadat.
Abesse propius iam ex vitris video diem.
Ego quoque oculo lucis aspexi parum.
Mẽbra ergo corripiamus ex somno, & thoris,
Bouesq; , ouesq; cum immolauerimus Deis,
Ad prælium exeamus intrepidi illico.
Placare enim imprimis Poli incolas decet:
Ecce immolantes inuocamus nunc Iouem,

Et

Et Palladem, Maiaq. natum, Panaque,
Pelagiq. rectorem, sacrumq. Apollinem,
Iouis sororem, Cynthiam nemori uagam, &
Ditem, atque Latonã, & simul Proserpina
Et cæteros omnes, mouemusq. iam pedem.
Ch. O cuncti, & vniuersi, ò singuli Dei
Quicunque sedẽ aut infra habetis, aut supr
Mortalibus qui aliquid habere datis boni,
Adeste quæso, adeste, tutam & ferte opem
Regis mei huic nouo, & Tyroni exercitu,
Qui signa cõfert gente cũ omniuora, et truci
Re. Rẽ utinam gerãt bene, atq. vincãt Iuppiter
Mei duces maritus, atque filius.
Ch. Res pulchra uincere est, sed urget me timor
Re. Timor me habet quoque, horreoq. maxime.
Ch. Formidolosa est namque uirtus hostium.
Re. Da Iuppiter maxime huic bonũ pugnæ exi-
Ch. Bona semp ex æquo oĩa diuidit Deus (tum
Re. Nam Murium vincere queant si copia,
Et profligare prorsus aduersariam,
Superest quod aui omne, peragemus optime,
Timore quam longissime abiecto procul.
Ch. Fiat, precor, Dijs bene iuuantibus.
Re. Acerba at hostis inferiores si sient,
Retroq. dantes terga meditentur fugam.
Repente nulla, & irrita essent omnia.
Ch. Absit, Di auerruncent, nec hoc cadat malũ,
Re. Seruiret unusquisque belli ex iure tunc.
Ch. Minime, sed hostis esca crudelis foret.
Re. Captiua ego quoque prole cum carissima,
Vt domina prius essem, repente ducerer.

Non

Ch. Non Pol fores tu serua, nec nati forent
Sed (peius hoc) vastæ voraginis cibus.
Re. Quid ergo dulce deseram hoc lucis iubar,
Cæcoq; puluere in sepulchro contegar?
Ch. Sile, sile o hera cerno nescio quid mali,
Prospicio enim quendã anxiũ, et pleno gradu
Currentẽ anhelantẽ, atq; perculsum nimis.
N. Vbi nã hera, vbi est, demostret aliqs iã mihi.
Ch. Cernere oculis eam tibi si uis licet.
N. Misera, o miserrima, o ter infelix quater,
Cæsus iacet tuus Psycharpax prælio.
Re. O dulce pignus, atque dilectum mihi,
Cecidit senectutis meæ solatium,
Proh ingens malum, dolorq; lamentabilis,
Mi nate nate, Nuncius nimium hic grauis.
Heu morior, ah qd ero? quæ & excipient loca
Quo me feram, iam mẽbra languor occupat
Fili papæ, mi nate dilectissime.
Ch. Fer o hera, sustine, luctuumq; desine.
Re. Currum o regens Iuppiter Titanium.
Ch. Heu heu parẽs misera, atq; pculsa nimium,
Paulo ante luctus comprimebas maximos.
Re. Facies mihi o gratissima, o dulcis puer.
Ch. Te ferre summũ æquo hunc dolorẽ aĩo decet,
Discereq; mox quid exitus belli ferat.
Re. Sed cõbibere acerbum hunc dolorẽ non queo.
Ch. Quid lacrymæ immodicæ remedij ferunt?
Re. Perfungar illis, morteq. occumbam cita.
Ch. Istud nequaquã hera, neq. teipsam torqueas.
Re. Et qui pote haud angi, dolore, & confici?
Ch. Verum dolens quid mentis affectus leuas?

Nemo euocat lachrymis ſepulchro mortuos.
Re. Quid lachrymarũ deſinens vultis vt agam?
Ch. Reliqui audias, quid exitus belli ferat.
Re. Quis nunciabit hæc mihi, aut faciet palam.
Ch. Hæc ipſa qui mala nunciauit nuncius.
Re. Vbinam ſed ille. Ch. Cernere tibi ſis licet.
Re. Dolore perij, & comminuta ſum nimis,
Hebetesq́; ſunt factæ pupillæ luminum.
Ch. Totum expedi o Nunci pedum curſu potens,
Quo ſæua pugnæ huius ſe habet facies modo,
Et quo hic modo cadens ſit extinctus puer.
N. Vultisne dicã hæc ordine, an ſtrictim, et bre
Ch. Oẽm exitũ pugnæ ordinatĩ age explica, (ui
Repetens ab ipſo conſerendi exordio.
N. Dicam omnia, arrectis bibite vos auribus.
Poſtquam ergo in aciem prodiere bellicam,
Primum cohortis Dux ſuæ fortiſsimus
Vorace ſigna conferens cum bellua
Eſt Pſicholiches perditus, ſpectaculum
Miſerabile, hoc commotaq́; acies omnis eſt.
Mox fecit alter impetum Archiſatrapes
Propago dictus clara Colecolopis:
Simili hic modo cadauer occubuit nouum,
Ne impreſsionem ſuſtinens paulum quidem,
Vt vidit ergo Satrapas fortiſsimos
Sic iam Pſicharpax appropinquantes cibum
Miſerabilem omni huic eſſe cũ acie Gurgiti:
Exarſit ira olli & furore maximo,
(Amaror ille mentis aliud, nam nihil
Eſt, ſanguinis niſi feruior in præcordijs)
Haſtamq́; rapiens illico æratam manu

In eam

In eam impetum fecit, neci vt meritã daret.
At hæc paratum conspicata, & proxime
Abesse sibi, acerba meditantem vulnera,
Hastamq; vibrantem quasi iam acerrime:
Statim irruit, misellũ vt hunc cõprehẽderet:
Et iam tenebat vnguibus, crudeliter
Dictumq; factum deuorauit puerum ibi.
Ch. Istudq; cari euenit ante oculos patris? (tius.
Re. Meq; id magis miserã angit, & vehemen-
N. Id factum ego vt vidi citato ad hæc gradu
Renuntianda tibi profectus sum ò hera.
Re. Vtinam, neque ò Nunci tulisses huc pedem,
Satius erat mihi te nequaquam accedere,
Adhuc enim integra, & vacua luctu forem.
N. Reuertor ergo, vt quæ sequentur intuar.
Re. Minime iterũ huc mala nunciãs accesseris:
Ch. Malus male pereat (precor) nunc Ignifer.
Re. Hæc nostra metuit Ignifer verba, ac preces.
Ch. O quale Murium occidit flos, & decus:
Aequum videtur esse, & optimum mihi
Lugubre carmen dicere adolescentulo.
Re. Bene es locuta, at voce qua nam flebimus?
Ch. Te ipsam initium decet facere querimoniæ.
Re. Heu heu papæ mi nate, nate, heu sæpius.
Ch. Puer Creille eheu papæ puer, & here.
Re. Ah quo meus sãguis, quo abijsti heu nã puer?
Ch. Quo heu te abdidisti ex luce vitæ hac euolãs.
Reg. Heu heu labores, quonam abiere flebiles.
Ch. Heu flebiles vere, atque rursus flebiles.
Re. Heu heu ferè me clara destituit dies.
Ch. Vita huius omnia omnia hic puluis, cinis,

Vitæ huius vniuersa nil nisi vmbra sunt.
Re. Heu me prius cadis ò Psycharpax nate mi.
Ch. Sat est, nec efferas tuum ulterius pedem,
Video aduolantem nuncium celerrime.
Re. Metu, mihi ne iterum mali quid nunciet.
Ch. Nequaquam hera. *R.* Id quo scis modo? *Ch.* quî ne
Apta, et hilari frōte currēs aduolat (id sciā?
Re. O nuncium mittat bonum mi Iuppiter.
N. Vbi sit hera, cito expediat aliquis mihi.
Ch. Adest en illa, tuque si vis aspice.
N. Expone frontem læta, nec te iam amplius
Angas, merita tribuasque dona Nuncio.
Re. Breui expedi, ita neque me insolēter rideas.
N. Haud hercle ni prius mihi tu munera,
Re Cum exposueris mihi illico donabere.
N. Feles cecidit in belli acie miserrima.
Re. Oh oh magis plaudā, & triumphabo magis.
N. Decet dolorem vt vincat ingens gaudium.
Re. Præ gaudio ingenti tripudio gestiens.
Ch. Belli exitum audiamus heus optima prius,
Qui inimica nobis hæc vorago concidit.
Re. Lætum exitum pugnæ ordinatim nuncius
Exponat omnem, & efferat a belluæ
Necem, fuit quæ sæua clades Murium.
Ch. Hera imperauit ipsa tu linguam moue.
N. Accingor ecce omnem expedire rem breui,
At vos quoque arrectis bibite verba auribus,
Et cuncta memori mente mox recondite.
Vt igitur inchoata corporum lues
Est, sæua duo impressio certaminis,
Primumque cœius ductor ille gentium

Est

Eſt Pſycholiches, moxq. Coleclopus
Praclara dehinc Regis, & heri ſoboles mei.
Indoluit hic gemens profundo è pectore
Prolem iacere vidit vt cariſsimam,
Suumq. dictis excitans exercitum.
Victorem in hanc fecit luem illico impetum
Intrepida, & inde mente conſeruit manum.
Pugnatum & eſſet diu cum vtrinq; fortiter,
Et nullus arriperet fugam, at reſiſterent
Altiſsimis tunc decidens ex ædibus,
Lignum ſenectus quod iam, & anni vicerāt
Illam occupauit colla, quæ dorſum ligant.
Confregit omnes hocq; neruos protinus,
Et ipſa Ditis horridas petiit domos.
Et quæ prius noſtri hoſtis erat acerrima,
Infida, & implacabilis, ſæua, & ferox,
Fuſam iacere vidimus, exanimemq; humi.
Ch. Lætus, hilaris, curis ſolutus ſpiritum
Ducas in annos tot, fugere numerū vt queāt.
Diu excupitum quod tuliſti nuncium
Huius palam nobis luis faciens necem.
Iam ex noſtra enim modo exitum ſententia
Video accidiſſe, & eſſe confectum bene.

AD LECTORES.

INCIDI olim adolescens in eũ D. Augustini locum lib. xviij. de ciui. Dei, vbi Sibyllæ Erythrææ, siue Cumanæ ita.n suspicatos nonnullos dicit, licet à veritate alienior sit illa opinio, carmina quædam recitat de Seruatoris nostri Iudicio cõscripta, & a quodam latine conuersa. Cumque in his primum sex versus deesse animaduertissem, quos ponit Euseb. Cæsariensis, ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ, & alij quoque omnes, qui continent verbum σταυρὸς, & xxxiij. literas constituunt, quæ annos ipsius Christi referũt, deinde mysterium, & vaticiniũ positum in primis versiculorum literis, quod est, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρὸς. i. *Iesus Christus Dei filius Seruator Crux*, non exprimi, quòd diceret non potuisse latine explicari, cum latina verba non essent inuenta, quæ ab eadem litera inciperent, & sententiæ conuenirent; ratus id non omnino ex his esse, quæ fieri non possent, aggredi ad periculum faciendum constitui, & (vt tum iuuenilis agebat ardor, cui nihil videtur arduum, aut spissum ad laudem incitato, nihil non studio assequitur, & diligentia) latinis versibus rem omnem, & mysterium, non omnino quidem vt vellem, sed tamen explicaui. necesse.n. fuit aliquid mihi liberius facere, quàm in aliis vertendis feceram ratione literarum, quæ ad rẽ illam exprimendam essent accommodatæ, vt cũ proceleumaticum posui pro dactylo, Poetarum tamen optimorũ exemplo, & in extremo Crucis signum pro litera X, cum nullum reperiretur verbum latinum ab hac litera incipiẽs, quod posset quadrare. De his admonendos cẽsui Lectores, vt siquid forte desiderabũt in hoc, & in aliis, rei ipsius difficultati, & ætati etiã ipsi, in qua sunt confecta, condonent.

CAR-

CARMINA
SYBILLÆ ERYTHRÆÆ
DE DOMINO NOSTRO

Habentia hoc in primis versuum literis scriptum

ESVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR CRVX.

F. Paulinus vertebat adolescens.

Iudicium cũ aderit, sudor fluet vndiq; terra.
E q́; Polo iam Rex veniet sine fine futurus
Scilicet omne animans, et totum ut iudicet orbẽ.
Vidisse & poterunt infida, et fida Deum gens
Summũ inter functos, aderit cũ terminus æui,
CHlænam corpoream indutis animis solio sue
Reddet, seq́; in humũ, et dumos tũc induet or-
Idola abijciet mortales, magnã et opũ uim, (bis.
Suffringet q́; fores, & Ditis claustra recludet;
Tunc se proripiẽt defuncta ibi corpora in auras,
Vtq́; malos, tã flãma probos per secla probabit.
Sunt clã nunc quæcũ q;, palã tunc omnia fient,

D eus etenim patula referabit cuncta fenestra,
E t paßim luctus, & stridor ad æthera surget,
I gnea deficiet vis Solis, sydera cælo
F erri desistent, amittet Cynthia lumen,
I mpleri Valles, faciet subsidere montes,
L audem nulla ferent totis sublimia terris,
I da erit æqua solo, non audax marmora Ponti
V lla ratis findet, torrebunt fulmina terram,
S pumiferi quoque deficiēt cum fontibus amnes,
S ummo luctisonum resonabit buccina Cælo
A tergo terris plorans venientia damna:
L atè discedens ostendet Tartara Tellus,
V ndiq; sistentur Reges solium ante Tonantis,
A bsque fluet Cælo flumen cū sulphure, et igni,
T unc Lignum præstans signū mortalibus ægris,
O ptatum q; erit hocce fideliū in agmine cornu,
R ectorū pia vita hominū, praui error & orbis,
C larificans lymphis duodeno in fonte vocatos,
R ectrix Virga gregis dominabitur area rebus,
V ersibus in summis p̄scriptus nūc Deus, Ipse est
✠ Fixus pro nobis, Saluator q; hominū, et Rex,

HOMERI
BATRACHOMYOMACHIA,
IDEST,

Pugna Ranarum, & Murium.

Latinis versibus è Græco conuersa

A FABIO PAVLINO VTINENSI.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS,

Apud Hæredes Francisci Ziletti.

M D LXXXVII.

AD PRÆCLARISS. VIRVM Iacobum Contarenum.

FABIVS PAVLINVS.

HOMERVS omnium Poetarum sine vlla controuersia Princeps, cum Chij pueri sibi traditi essent, vt ab eo ad humanitatem informarētur Batrochomyomachiam hanc panxit, & Epicyclidas, aliaq; huiusmodi Poemata ludicra, vt his fabularum illecebris pueriles animos ad uoluptatē a labore procliues ad studia alliceret, & excitaret. Hanc ego, quæ vna ex hoc genere extat, prima ætate, qua adhuc ex ephœbis non excesseram exercendi mei tantum causa verti, & licet ob id de edēda irem in alia omnia, quòd non satis probaretur neq; ad emen-

dandum tempus suppeditaret, tamen nun ad complendum hoc ludicrorum quasi po matum corpusculum ab Impressore coa ctus sum diuulgare: Tibi porrò potissimi conuenire, & deberi mihi visa est, non ra tione versionis, sed auctoris, quòd diuers quadam ratione in Veneta nobilitate Tu nouus sis Homerus, ut enim ad illius quasi fontes discendi causa omnes accedunt Poetæ, Philosophi, & quisquis literis, atq; do ctrinis deditus est, ita Venetijs ad te ijdem omnes beneficij gratia confugiunt. Tu Poetas amplecteris, Oratores fers in oculis, Philosophos exosculeris, Historicos habes in amoribus, nullum deniq; in quo omnino vlla virtutis significatio appareat (quantum in te est) pateris esse neglectum. Merito igitur ad te etiam Homerus accedit, qui tamen cum immortalis iam sit, nulloq; egeat præsidio Paulinum, qui in eo uertendo elaborauit, tibi commendat, & rogat, vt in clientelam tuam semel receptum (iam enim multis tuis officijs tibi plurimum debet) excidere animo ne patiare. Vale xij. Kal. Nouemb. ∞ IↃXXCVII.

HOMERI

HOMERI
BATRACHOMYOMACHIA,
IDEST,
Pugna Ranarum, & Murium.

F. Paulinus vertebat adolescens.

VOS primum sacris mihi adeste Heliconis ab antris,
Musæ omnes, mihi ferte pedem, quo numine vestro
Plenus, hiem mandata nouis modo carmina chartis.
Fert animus fera bella canẽs horrentia Martis
Arma per ora virũ, & totũ vulgare per orbem,
Vt Mus inuictus Ranarum fuderit agmen
Terrigenũ fastus imitati, & facta gigantum.
Quæ vaga fama fuit. Pugna hinc exorsa. Vora-
Mus olim Felis tum elapsus faucibus ora (cis
Sicca gerens, stagni mentum demisit in undas,
Nectareas que haurit dũ lymphas, aspicit illum
Limnocharis magnus, mox talibus ora resoluit,
Quis tu Hospes? genus vnde tibi? vnde hæc littora nostra
Accessti? Neu finge dolos, ne sis mihi mendax.
Nam nostro fueris si non indignus amore
Excipiã, queis digna manent te munera, tectis.
Rex ego sum, nomẽ Physignatus, omne per æuũ
Quem palus ista colet Ranarũ sceptra gerentẽ:
Me genuit Peleus quondã pater, Hydromedusa

Cum

Cum genitrice Padi Venerē quinū xit ad actā:
Teq; videns pulchro præstantē corpore, Regem
Insignem sceptro reor, & Mauorte potentem,
Quare age fare tua quamprimū semina gentis.
Contra Psycarpax ingressus talia reddit.
Quid genus inquiris? quid claræ stēmata gentis
Haud terris vulgata modo, sed cognita Calo?
Psycarpax vocor illustri de sanguine, summo
Troxarta genitore datus genitrix mihi magni
Lichomyle, soboles quæ regia Pternotrocti.
Me dedit, hæc aluit q;, domus quæ se ima recepit
In latebras ficu, & nucibus, variaq. dapum vi.
Sed qua in amicitiam rati ne coibimus, ambo
Ingenium sortiti alium? tibi ducere vitam
Dulce in aquis, hoīum mihi sueta cibaria cordi.
Non mihi deficiunt in lato crusta canistro,
Nec patulo mellita deest simul orbe placenta,
Sectio non perna, iecorum non pinguia, demum
Non pressa ex dulci mihi lacte coagula desunt,
Libaq;, quorū etiā dulcedine capta Deûm mēs,
Nec quæcunque coqui vario condita sapore
Apponunt latis Dominorum fercula mensis,
Nec vero effugio bellive vices, aut p̄lia Martis,
Semper at anteuolans alios certamina adiui,
Non hominum quēquā, vasto sit corpore quāuis
Præditus, horresco: Nam stratis ipse iacentem
Noctu adeo, et summos p̄stringo dētibus ungues,
Aut calcem prehendo, iniuria non tamen vlla
Inde viro, nec dulcis abit morsu sopor illo,
Sed metuo ante alios, quos Tellus sustinet oēs,
Accipitrē, & Felem mihi tristia fata ferentes.
Deci-

Decipulumq́ dolosa latet mihi funera sub quo,
At timor imprimis Felis, qui fortior, vrget.
Quippe cauis etiã latitantem me eruit vngue:
Nõ raphani, caulesve mihi, atq. cucurbita victus
Non viridis mihi beta cibus, apiumq́ palustre,
Nãq. hos dat palus alma cibos, et fercula vobis.
Talia subridens olli Physignatus infit,
Ventre super nimium te iactas aduena, nobis
Multa dat & Tellus visu miranda, palusque,
Pascere vtrãque dedit nã Ranis Iuppiter altus,
Ludere, perq. solum, corpusq́ recõdere in undis.
Estq́ animus si forte tuus fert, nosce facultas.
Te sublimem humeris tollam, tu deinde caueto
Ne pereas, læto at subeas mea limina vultu.
Sic ait, atque humeris subijt, tenerũq́ repente
Ille tenens dextra collum leuis insilit olli.
Lætatus primo nondum tellure remota,
Cernere subnantẽ gaudẽs Physignaton, Ast vt
Fluctibus incœpit iactari, vim lachrymarum
Fudit, versa iuuet quod nil sententia questus,
Vellebatq́ comas adductis cruribus aluo,
Corda insueta pauor pulsabat, tangere vellet
Tellurem, trepida gemitus formidine ducens:
Caudã undis primũ, trahitur q̃ palmula tanq̃,
Præbuit, & superis, liceat quo cernere terram,
Vota facit, canis iam iam rapiendus ab vndis:
Et clamans trepido mox talia reddidit ore:
Non humeris sic Taurus onus gestabat amoris,
Duceret Europã cum ad Gnosia regna per undas,
Ad sua Rana uehens ut me subremigat undis,
Limina cæruleis se glauco corpore tollens,

Mon-

Monstrũ extẽplo ingens apparuit hydrus, vtriq;
Horrendum, recto superextans marmora dorso:
Hic mersit sese Phrysignatus, excidit olli
Quem socium canis perdendũ linqueret undis,
Ima petit stagni, fatumq. exiuit acerbum:
Hic subito excussus cecidit resupinus in vndas,
Sringebatq; manus moriens, stridore replebatq.
Aethera, sæpe & aquis est mersus, sæpius auras
Calcibus emersit pulsans, euadere fatum
Nec poterat, madidiq. addebant põdera crines,
Fluctibus inq; ipsis moriens, sic ora resoluit:
Non tua cælestes Physignate facta latebunt,
Quòd me præcipitẽ dederis de corpore, tanquam
E saxo, nec me vicisses peßime terris
Pancratio, aut lucta, nec cursu: fraude petisti
Me in fluctus rapiens, oculis tamẽ aspicit æquis
Iuppiter, haud fugies, mu-es tibi cũcta reponẽt:
Sic fatus vitam miser ille reliquit in vndis,
Lichopinax videt hunc ripis innixus opacis,
Atq; vlulans grauiter Murũ fert oĩa ad aures,
Funera cognorunt postquam, gens colligit iras
Tota, iubentq. suos ad primum indicere Eoum
Concilia Accensos, Troxartæ in Principis aula,
Qui miserãdus erat genitor Psycarpacis, vnda
Quẽ versant, fluctusq exanguẽ, cernere ripas
Nec datur, at medio resupinus voluitur alto:
Ardentes aderant vbi primo Oriente, recenti
Cæde furens nati Troxartes talibus infit:
O socij, quamuis Ranarum iniuria solum
Me tãgat, nos fata manẽt tamẽ haud bona cun-
Infelix vero ante alios ego, pignora terna (ctos.

Cui

Cui periere, prius lato dedit impia nostri
Hostis atrox Feles arreptum ex aggere tecti,
Ast aliū (heu miserū me) hoīum gēs sæua pere-
Arte noua, insidijs nodoso è robore factis, (mit,
Decipulū dicunt, Murū quod pestis acerba est,
Tertius hic super vnus erat, miseræq parenti,
Quē nunc extinctū Physignatus æquore mersit:
Quare agite armemur, instūq. ruamus in hostē,
Ornati varijs armorum corpora formis.
His dictis cunctos accingi compulit armis,
Armauitq. ipsos miscet qui prælia Mauors,
Primum ocreis suras vinxerunt leuibus omnes,
Aptantes viridis perfracta putamina fabæ,
Quam sua ducentes conuiuia nocte vorarant.
Thoraces calamis intexto ex tergore habebant
Direpto è Felis costis, quos arte pararant
Mira, & erat scutū lucernæ umblicus, acusq̃;
Cuspis erat longa, ipso dignum opus armipotēte,
Apta nucis fuerat capitis pro casside testa,
Sic fuerant Mures instructi: Contigit aures
Quod simul ac Ranis, egressæ gurgite in vnum
Conuenere locum, summam decernere belli,
Dißidij, & turbæ causas quærentibus, ecce
Sceptra manu gestans acceßit præco, superba
Tyroglyphi soboles fortißimus Embasichytrus,
Atque horrens bellum denuntiat, ore locutus.
Imperijs venio Murum huc indicere vobis
Bellum, quo arma vacet, aīosq. accingere pugnæ,
Conspexere etenim pelago Psycarpaca mersum,
Quem Rex extinxit vester Physignatus, Ergo
Suscipite o proceres Ranarum gloria pugnam.

His

His dictis subito excesßit, feriensq. superbas
Ranarum mentem turbauit nuncius, aures:
Dũq. hæ ĩ eũ fremerẽt surgẽs Physignatus infit.
O socij haud nostris cecidit Mus uiribus, illum
Nec uidi extinctũ, at mersus dũ luderet undis
Et nando Ranas imitari vellet, at illi
Insontem nocui me incusant, uerum age pacto,
Quo liceat Murum cernamus perdere fraudẽ:
Primus ego, mihi quæ surgat sententia, pandã;
Armemur subito, armati sistamus ad amnis
Sũmam oẽs ripã, in præceps ubi maxima tẽdit,
Cumq. animis ardens in nos ruet impia turba,
Cum galea arreptos, ut quisq. occurrerit, omnes
In mediam subito iaculemur, & arma paludẽ,
Sic mergetur aquis etenim non docta natandi,
Nosq. hic de nece Murũ aptabimus ĩde trophaũ.
Sic fatus cunctos accingier imperat armis,
Maluarum folijs suras texere uirentum.
Cærulea & patulis armarunt pectora betis,
Tegmine pro clypei caulis sunt frondibus vsi.
Omnibus hasta fuit procerus maxima iuncus,
Pro Galeis Cochleæ texerunt tempora parua.
Constiterant alta stipati in margine ripa,
Crispabantq. hastas animis præsentibus omnes:
Tum pater omnipotens in Cælũ conuocat altum
Cælicolas, belli faciem demonstrat, vt ingens
Stet numero, ac ui bellãtũ, ut segete horreat ager
Hastarũ, qualis Centaurorũ, atq. gigantũ (men
Est acies, ridensq;, Deûm, quæsiuit, an ullus
Ferret opẽ Ranis, aut Muribus, Inde Mineruã,
Filia suppetias num quæso Muribus ibis?

Namq.

Namq. tuis semper uersantur in ædibus omnes,
Sacra tibi educti nidore, cibisq. operantum.
Talia fatus erat Saturnius, illaque reddit:
O pater haud unquã infractis ego Muribus irẽ
Suppetias, mihi qui multorum causa malorum,
Stemmata lædentes, & lychnos propter oliuum:
Sed scelus hoc animũ mi offẽdit, et asperat, ausi
Rodere sunt peplum, quem sæuo operata labore
Texueram ex molli trama, et quæ tenuia neeit
Staminibus, fecere cauũ hũc mihi, sutor at ĩstat
Iam repetens fœnus, mea quo mens æstuat ira,
Mutua nãq. habui subtegmina, reddere nec mi
Nec tamẽ auxilio me Ranis crede futurã, (est:
His quoque mentis abest prudẽtia, nãque redirẽ
Dum bello, ingenti confectam membra labore
Turbauere, suo ne somni grata tumultu
Munera nec paulũ caperẽ, et quãmaxima noctẽ
Insomnem capitis confecta dolore peregi.
Quare agite auxilio non bas, illos ve leuemus,
Ancipiti redeat ne quisquam saucius hasta:
Namq; illis animus præsens pugnare, vel ipsi
Si occurrant superi. Nos Cælo prælia læti
Spectemus: Sic fata Dea, assensereq; Diuũ m-
Turba, locumq. simul concurrit in vnum
Permixta: At belli ductores signa ferentes
Descẽdunt Culices, magno & clãgore tubarum
Accẽdunt martẽ roboãt, qbus arma, et Olympo
Iuppiter intonuit belli mala signa cruenti.
Primus & Hypsiboas Lichenora perculit hasta,
Stãtẽ ĩ principijs, mediũ et trãsuerberat Hepar,
Voluitur inq; caput, fœdantur puluere crines.
Troglo-

Troglodites in Pelona volatile telum
Mox iacit, in penetrale recondens pectoris, ille
Mortis in amplexus cadit, et mēs deserit artus,
Seutlaus fixo sternit corde Embasichytrum,
Artophagusq. hastā in Polyphoni in vētre recōdit,
Corruit inq; caput, mensq; ipsos deserit artus.
Ast Vbi Limnocharis Polyphoni funera vidit,
Perculit anteuolans saxo in ceruice sonanti
Troglodytē media, atq. illum nox abstulit atra,
Lichenorque ipsum fulgenti vulnerat ense,
Inque Hepar, non in ventos abijt, fugit olli,
Visō hoc Crambophagus, ripis & labitur altis,
Nec tamē est immersus aquis, nā se impulit ip-
Nec casu fatum traxit, iam tota rubebat (sum,
Sanguine tincta, palus seipsū hic extēdit in acta
Pinguibus inflatus turgentia pectora uenis,
Tyroglypho in ripis vitam Limnesius aufert,
Pternoglyphūq. vidēs timuit Calaminthius; ide
Dat fugiens praeceps clypeo se in stagna relicto:
Pternophagi Hydrocharis demittit corpora mor
Occupat & saxo guttur, cerebrūq. cruentis (ti,
Naribus erumpens fœdauit sanguine terras.
Lichopinax sacrum mox sternit Borborocetem,
Aggrediens hasta, huic condūtur lumina nocte,
Prassophagusq. videns traxit pede Cnissodioctē,
Inque palude manu extinxit ceruice repressa:
Verum Psycarpax socios non passus inultos,
Pelusii exegit medium per viscera ferrum,
Labitur infelix, animusq. in Tartara migrat,
Pelobates viso hoc luti vibrauit in illum
Pilam deturpans frontem, quasi luminis vsum

Perdi-

Perdidit ille, graues surgunt tunc iā altius ira,
Atque manu arripiens telluris pondera saxum
Pelobatē sub genua ferit, perfractaq. dextera est
Tibia tota pedis fœdo cadit inq; supinus
Puluere, Crābasidesq. vltus, naq; opprimit olli,
Sub mediumq. haurit ventrē, totumq. recondit
Iuncū intra pectus, sparguntur q. omnia passim
Viscera humi, educit dum fortis dextera telum.
Hac vbi Sitophagus secreta vidit in acta,
Vulnera quē tardant, cedēs retro æger anhelat,
Seque dat in fossam, vt instantia fata moretur,
In pede Troxartes summo Physignaton haurit,
Hicq. male acceptus se saltu in stagna recepit,
Vt cecidisse videt Troxartes exanimatum,
Protinus aggreditur iā ardens demittere lato,
Exanimem cecidisse videns Prassæus in hostem
Vulnificum anteuolans subito vibrauit iuncum,
Haud fregit Clypeū, verū hastæ ibi cuspis inhæ-
Mus fuit hic iuuenis, quo nō pstātior alter (sit.
Comminus ire hostes, soboles clara Artepibuli
Dux grauis, iuictū dicas Meridarpaca Martē.
Vnus qui palmam bellandi ex muribus aufert,
Pōstitit ad stagnum exultans procul ōibus unus
Ranarum certus generosam excindere gentem;
Nec frustrata foret spes illum, robore namque
Stant solido vires, nisi Rex, hoīumq;, Deûmq.
Aspiciens subito miseratus fata fuisset
Ranarum, caput hic quatiens sic ora resoluit:
Proh superi, q̄ īgēs facinus mea lumina cernūt,
Me stupor haud paruus magni Meridarpacis ur
Perdere qd̄ Ranas ī aqs uelit, Ast age Cœlo(git,

Pralia

Prælia miscētem mittamus Pallada, Martēve,
Illum qui valeant quamuis arcere furentem:
Iuppiter ista dedit, reddit cui tali- Mauors,
Palladis haud uires poterūt Saturnie, Mau[illegible]s,
Nec poterit Ranis præsens auertere fatum.
Verum agite auxilio totus descendat Olympus,
Vel sacra tu arma moue, Titanas queis tua qu[illegible]
Dextera confecit præstātes robore, et armis, (d[illegible]
Vixisti Enceladū, atq. illa agmina sæua gigātū,
Vix ea, & ardentem iaculatur Iuppiter ignē,
Intonuit prius, & magnū tremefecit Olympū:
Mox fulmē torquēs (telum horrificum Iouis) alt[illegible]
Demisit Cælo, uolat (haud mora) missile ferrū,
Et Ranas, Muresq. simul strauit pauor, auda[illegible]
Nō tamē à pugna abductū est Murū agmen, at
R[illegible]narum magis ardebāt euertere gentē, (usq.
Nec spes vana, nisi miseratus Iuppiter astris
Misisset subito, quæ ferrent agmina Ranis
Auxilium, improuisæ animātes ungue recuruo,
Incudemq; adsunt gestantes tergore, torto
Incessu, & curui, quibus instar forcipis ora,
Testam induti, os toti, lati terga, humerisq.
Fulgentes, valgi, manibus riget aspera nerui
Durities, medioq. gerunt in pectore lumen,
Octipedes, gemina indomiti ceruice, uocantur,
(Ni fallor) Cancri, qui caudas ore secabant
Muribus, atq. pedes, & brachia mordicus, hast[illegible]
Curuantur, Murū timet hoc, nec sustinet agmē,
[illegible]ipiuntq. fugā, et iā undis caput igniferū Sol
[illegible]at, atque una sic bellum luce peractum.

FINIS.

12383

84-B1520

Castieur Juin 38
alt

4t

cat.

SPECIAL

84-B
1520

e'r'

THE GETTY CENTER
LIBRARY